6
4 N
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-1. F. 9

I
18
E

Baron Jacobiszewski

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE TOGÆ

ORIGINE, ANTIQUITATE, NOBILITATE.

DISCURSUS

HISTORICO JURIDICUS, QUADANTENUS TAMEN POLITICUS.

In quo plurima vetuſtatum monumenta expenduntur, & difficilia juris loca elucidantur.

AUTHORE

JOANNE ALVARES DA COSTA

EX SENATORIO, AC EQUESTRI CHRISTI Militiæ Ordine.

BIBLIOTECA ROMA

ULISSIPONE.

Excudit JOSEPHUS LOPES FERREYRA,
Sereniſſimæ Maieſtatis Auguſtiſſimæque Reginæ Typographus.

M. DCC. XVI.

Cum facultate Superiorum.

Digitized by Google



FELICI, JUSTO, INVICTO,
AC
SEMPER AUGUSTO
JOANNI V.
LUSITANORUM REGI.

Quemadmodùm aquarum copia in fontes prorupta, & in rivos diviſa fretum à quo ſecretis, ſubterraneiſquè meatibus liberalitèr emanavit, aſſiduè, ac ſine intermiſſione repetit : ità iſte de togæ dignitate diſcurſus ad te Princeps Auguſtiſſime naturalitèr

refluit, tantum ambiens Aſylum; quippè ſis omnium dignitatum fæcundiſſima origo. Nec reſpuas opuſculi tenuitatem: parvulos etiàm rivulos in immenſo Amphytritês ſinu excipere non dedignatur Oceanus. Votis ergò correſponde Clementiſſime Rex, & fortaſſé parva ingenii mei vena magis, magiſquè indies accreſcens maiores referet proventus: & interim pro Tua, Regniquè incolumitate Deo innixim vota profundo.

Joannes Alvares da Coſta.

LI-

Digitized by Google

LICENCAS

DO SANTO OFFICIO.

ROMA

EMINENTISSIME DOMINE.

Diſcurſus Hiſtorico Juridicus de *Origine, Antiquitate, & Nobilitate Togæ* à nobiliſſimo D. Doct. Joanne Alvares da Coſta ex Senatorio, ac Equeſtri Chriſti militiæ Ordine compoſitus, & cenſuræ noſtræ commiſſus, rectè currit, fideliter, & ſine errore procedit. Author Operi, & Opus Authori mutuam vicem rependit. Togam ornat, á qua ornatur. Originem illius extollit, & ſe ipſum à prima Origine, vel ab ipſis incunabulis ad Togam natum commendat. Antiquitatem inveſtigat, ut ſui met beneficio calami & juveneſcat, & perennet. Nobilitatem inculcat, ut novo uterque ſe prodat nobiliario. Et, quod magis eſt, contra etymologiam Senatoris ſcribens, nihil pro dignitate Senatoria ſcribere potuit commendabilius. Ætatem Senatoriam in virili acquiſivit; & in brevi conſummatus non ſolùm tempora explevit, verùm & annos ſuperavit: Sapientia enim canos facit, non cani Sapientiam.

Dum volumen præſens præ manibus habeo, *Aquilam ſuam Auſtriacã* mente contemplor, & in utroque Opere Opificem miror in Apologeticis acrem, in Chronograficis eruditũ, in Juridicis verſatiſſimum. Miror præterea, quòd inter aſſiduas muneris ſui partes nec particulam temporis prætereat. Fænneratur labori requiem: dumque ſibi otium negat, & quietem, duplicatum de negotio lucrum reportat: & ſibi prodeſt, & aliis. Subſecundarium tempus ita terit, ut horis omnibus in vigilet tum legendo, tum judicando, tum ſcribendo: homo profectò omnium horarum. Æternitati laborat, qui ſic impigrè, ſic indefeſſè laborat in tempore.

Senatores à ſenectute dicti. Tullius in Catone. A ſenibus nomen mite Senatus habet. Ovid. Faſt. lib. 5.

Virum ego vigilantiſſimum virgam vigilantem verè dixerim; & Senatoris virgâ, & Scriptoris calamo ambi-dextrum. *A Coſta* geminum Luſitanæ Juriſprudentiæ Athlantem æquis paſſibus pone ſequitur, ut brevi præcurrat, & antecellat. Authores luſtravit pene innumeros, ut illuſtraret univerſos. Eorum opiniones legit, ut probabiliores ſeligeret; in legendo centoculus, in ſeligendo centimanus: ſicque ex omnium floribus fructum centúplum germinavit. Varias obiter, ſed appoſitè, hiſtorico Operi quæſtiones Juris inſeruit, ut Togam ſuam ſtragulatam faceret, byſſo & purpura intertextam, & miris coloribus variegatam. Opus quidem breve eſt, ſed benè preſſum, labore multo, ſudore multo compactum, coagmentatum, perfectum: tale tamen ut Gigantem ex digito, leonem ex ungue metiamur. Totum ergo Diſcurſum digniſſimum cenſeo, qui lucem videat, utpote qui tot luminibus micat, veſpertinis, & antelucanis lucubrationibus illuſtratus, & vel ſolo Authoris ſui nomine perilluſtris. Ex Bethlehemitico Cœnobio. die 26. Martii anni 1716.

Fr. Joſephus Caietanus.

EMI-

EMINENTISSIME DOMINE.

OPus hoc inſcriptum: *De Togæ Origine, Antiquitate, Nobilitate, Diſcurſus Hiſtorico juridicus*: à nobiliſſimo, eruditiſſimoque viro Joanne Alvares da Coſta Senatore,& Chriſti Militiæ Equite ſtudioſé, eleganterque elaboratum fideliter perpendi,atque luſtravi. Nullà illud turpi ſorde fœdum, nullà nefarià labe conſperſum animadverti. Imò eſt opus ſingulare,& unicum dignum Authore ſuo unico,& ſingulari. Qui,quam gloriam Senatorum nemo hucuſque promeruit, hac jure optimo potitur unus,& unicus tot inter Senatores,& Scriptores Scriptor,& Senator. Nanque ſcribens de nobilitate togæ, togæ nobilitatem temporũ injurià,& oblivione pené ablatam reſtituit. Unde nullà nobilitate illuſtrat illum toga,quà togam ille non priùs illuſtrarit. Honorat ergò togam ipſe plus, quàm toga honorat ipſum, ipſe ſibi, & togæ honor. Senatores reliqui ex togà, toga verò ex Authore, Author denique ex ſe ipſo ſplendorem accipiunt. Hinc decus ſuum ſibimet Author, Authori toga,togæ Senatores acceptum referant.

Non ſolùm nobilitat togam togæ nobilitatem eruditiſſimè deſcribendo,ſed Togati munus rectiſſimè obeundo, ſic tam mentis felicitate, quàm corporis ornamento imitatus veterem Pallada. Pallada vetere vel ſago, quod belli, vel toga, quod pacis inſigne erat,indutam depingebant. In Authore toga togæ ſimul,& ſagi ſervat vices, & cùm ſit unum utrumque eſt; quando in Authore Juſtitia,& Pax oſculatæ ſunt. Dum pacificum pacis amans conſervat populũ, populi nequitias æquitatis obſervantiſſimus inſectatur. Dum Juſtitiæ gladium diſtringens pro Reipublicæ pace tuendà prælia indicit metuenda, belligerat pacem retinendo,& pacem retinet belligerando.

Non omnes inventores,licèt authores multi. Ex multis verò Author hic,& Inventor electus, inter reliquos,in re hac etiam fruiturus primatu,primus materiem nunquam anteà tractatam tractavit,& nunquam anteà inventam invenit, digniſſimus tam egregii operis Inventor, & Author. Dignum igitur cedro,& cælo cur non ſit,non ſcio,opus tam egregium, tam egregio & Authore, & Inventore dignum. Ulyſſipone apud Divi Eligii Cœnobium. Die 21. Aprilis Ann. 1716.

Laurentius Juſtinianus ab Annuntiatione.

VIſtas as informações,pode-ſe imprimir o livro intitulado de *Origine Togæ*, de que trata a Petiçam,& impreſſo tornarà para ſe conferir, & dar licença que corra,& ſem ella naõ correrà. Lisboa 28. de Abril de 1716.

Haſſe. Monteyro. Ribeyro. Rocha. Fr. Lancaſtre.

DO ORDINARIO.

POde-ſe imprimir o livro intitulado de *Origine Togæ*, & impreſſo tornarà para ſe conferir,& dar licença que corra, ſem a qual naõ correrà. Lisboa 19. de Mayo de 1716.

D. Manoel Biſpo de Tagaſte.

Digitized by Google

DO PAÇO.

DIſcurſum Hiſtorico juridicum de *Origine, Antiquitate & Nobilitate Togæ* à nobiliſſimo, & eruditiſſimo Senatore Doct. Joanne Alvares à Coſta indefeſſis elucubrationibus abſolutum ſumma cum aviditate perlegi: animum impulit magnum operis argumentum, rapuit famigeratum Authoris nomen, quod omni laude maius famam jam terminat aſtris: Seduló evolvi librum, in quo materiam ſuperavit opus venuſtè compoſitum, affabrè perpolitum, & mirificè exornatum: liber iſte propriè ſingularis, veluti alterius Pomponii originem juris Romani apprimè deſcribentis.

Lib. ſingular. Enchirid. ex quo deſumpta eſt L. 2. dig. de Origin. jur.

Hæc mehercule (ut Plinii verba uſurpem) ſunt digna conſule, digna Senatu, digna Principe; moris quippè erat apud Romanos, ut Togæ depictæ quandoque à Senatu per Senatores Principibus mitterentur. Hinc peritiſſimus Author, gratulante Senatu, Sereniſſimo Regi conſecrat Togam, non verſicolori adumbratam penicillo, non fragili delineatam tabelà, ſed Aquilino calamo ab origine deſcriptam, & perdurabili volumine exaratam: In eo plurima ſtudioſé recolenda, ſed jam, tot ſæculorum injurià, fermè obliterata, noſter diſertiſſimus Senator curialis Togæ indelebilis ſplendor, profundâ inveſtigatione, luculenter reſtituit, expoſuit, illuſtravit.

Tacit. 4. Annal. n. 26.

Profeſſoris etiam provinciam condignè ſuſcipiens difficilimas juris Cæſarei theſes appoſitè inſeruit, & in earum enucleatione per obſcura Juriſconſultorum reſponſa antinomice pugnantia ſubtili diſtinctionum fædere conciliavit: Nihil adhibuit, quod non proficuum, vel ut memorabilium antiquitatum explorata veritas poſteritati utiliter commendetur, vel ut Senatoriæ Togæ originalis authoritas per honorifice omnibus innoteſcat: Qua propter eximium hunc diſcurſum, utpotè Senatui gratum, Senatoribus decorum, cuique perutile, nec juribus regalibus, nec regiis Sanctionibus obvium, & prelo dignum, & plauſu perennandum cenſeo. Ulyſſipone 28. Maii an. 1716.

Bernardus Pereyra è Sylva.

QUe ſe poſſa imprimir, viſtas as licenças do Santo Officio, & ordinario, & depois de impreſſo tornarà à Meſa para ſe conferir, & taxar, & ſem iſſo nam correrà. Lisboa 5. de Junho de 1716.

Coſta. Andrade. Botelho. Pereyra. Galvaõ. Noronha. D. Guedes.

OPIFEX ille rerum, & omnium creator Deus Optumus Max. ineffabili ordine terreſtria, & volatilia cuncta miro ornavit tegmine. Volatile pecus diverſicoloris induit pennis:natantem piſcium turbam variis cooperuit ſquamis. Ferarum, animantiumque coria,ac pelles miramur alias horrentes ſetis,alias variis aſperſas maculis. Tellurem & ipſam arboribus, herbis, floribúsque mirabiliter ornatam,& indutam conſpicimus.Nudatum verò creavit Deus hominem, nullo tegmine coopertum, nullo pallio veſtitum, nulla penula indutum, nulla veſte amictum: clarum certé puritatis, innocentiæque ab ipſo Deo exoptatæ argumentum;cùm enim homo eſſet ad Dei imaginem procreatus, omni debebat eſſe labe immunis.

1 Nudi primi incedebát parentes antequam ſpreto Dei præcepto vetitum deguſtaſſent pomum; at poſtquam fatalem edentes fructū culpæ macula coinquinati ſunt, innocentia, nuditateque ſimul deperdita, foliis conſutis operuere verenda; fecerunt & ſibi chogoroth,

Adam, & Eva ante peccatū nudi: poſt peccatum pelliti.

A hoc

Digitized by Google

hoc eſt cinctoria, ſive alii ut ſentiunt, femoralia. Perpetrato crimine, miſericordiarũ Deus pallia pellita tribuens, de pelle induit eos, ut ſacrâ traditur paginâ, cecinit & alter:

Pellitus nunc eſt, fueras ſine veſtibus ante.
Nudus eras purus, crimen amictus habes.

Pellibus beſtiarũ in pœnam deſideratæ ſcientiæ primi homines induti, intelligerent ut, & perpetuò recordarentur ſe morti addictos, ſemperque necis memoriam præ oculis haberent, dúm excoriatæ, demortuæquè beſtiæ reſpicerent, induerentquè exuvias: quòd etiam arborum folia ſignificabant, vitæ brevitatem denotantia, ut ait *Job*, & recte ab *Ariſtotele* dicitur.

Cælicolarum plurium pœnitẽtialia indumenta.

Helias Phropheta hoc veſtimẽto, tanquam 2 pœnitentiali homini à Deo primúm dato, uſus pellito ad nudum. Divus Joannes Baptiſta, quo non ſurrexit maior, in heremo utebatur veſte camelorum ſetis contexta, ſcorteaque cingebatur zona. Paulus primus heremita veſtem habuit palmaceis contextam foliis. Mortui exuvias induit Antonius abbas diebus ſolúm feſtis. Capilli texuerunt Thimotheum Anachoretam, deformarunt & adeó, ut a quodam repertus, fera primo aſpectu ſit creditus. Onophrius heremita, conſumpta veſte, nudus egit, foliis verenda tegentibus. Franciſcus Seraphicus ſimiliter craſſi panni tunicam funiculo compreſſam induit. Ægyptia illa, pœnitentiæ

nitentiæ miraculum, Maria, conſumptis veſtibus, nuda texentibus capillis degit in heremo.

3 Nationes & plures, vero lumine adhuc non imbutas, veſtibus ex pellibus confectis uſas teſtantur *Ulipianus, & Paulus jureconſulti in L. veſtis* 25. cum duabus ſequentibus *digeſt. de aur. & argent. leg.* Sed quid mirum! Apud priſcos Romanos militantes, & Senatores tentoria, & veſtimenta expellibus accepta eſſe, teſtes ſunt *Valerius lib.* 8 *c.* 2. dum ait: *decreverunt ut iis, qui equo meruerunt, peditum numero militarent, qui pedites fuerant: infunditorum auxilia tranſcriberentur, neve quis eorum intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum vallo, aut foſſa cingere, neve tentorium expellibus haberet Livius lib.* 1. *dec.* 5. dum utique ait: *primum ſub pellibus hiemare ceperunt. Propert. lib.* 4. *eleg.* 1. qui idem de pace teſtatur, dum & Senatores pellitos primum ſic dicit:

Gentes pellibus veſtitæ.

Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu
Pellitos habuit ruſtica corda Patres.

Tacitus de morib. German. gerunt, ait, *& ferarum pelles.* De Gethis *Ovidius lib.* 3. *triſt. eleg.* 10.

Pellibus & laxis arcent malafrigora braccis.

Sidon. Apollin. carm. 7. Principem pellitũ vocat:

Expetis in media pelliti principis aula.

Olim & in tabernaculis quod ſacra peragebãtur, opertis pellibus caprinis ait poſt *Theatr. vitæ human. verbo Capella, Moſtaſſo de cauſ. piis lib.* 5. *c.* 7. *n.* 1. Et adhuc hodie apud aliquas gentes appella-

tione veſtis pelles quoque cõtineri,tenet poſt
Bald. Roland. & Surd. Boſſius de alimentor. oblig. cap. 2.
*num.*54.

Veſtis pellita intra urbem prohibita.

Imperatores Honorius, & Theodoſ. indu- 4
menta pellium intra urbem prohibere neceſ-
ſarium putaverunt, *leg.4.Cod.Theodoſ.de habitu,quo*
*uti oportet intra urbem,*ubi plura de more cummu-
lat eruditiſſimus *Gothofredus.* De plurimiſque
gentibus latè ad hæc agit *Dempſpter in paralipo-*
men. ad Roſinum de antiquitat. Romanorum lib.5. c.31.
prout ſimilitèr de noſtris Braſilenſibus pennis
ornatis refert Luſitanus Tullius,*Oſorius Epiſcopus*
inquã, *de rebus Emmanuelis*:quod antiquitùs apud
alias obſervatum gentes, agnovit *L. Seneca epiſt.*
39. *Non,* ait, *avium plumæ in uſum veſtis conſeruntur?*

Hominum nuditas impudica, ac inverecunda.

Nuditas autem quæ gratiæ effectus erat, ad 5
horroris cauſam ex peccato reverſa eſt *leg. cum*
ſuprà Cod.de re militar.lib.12.Rovit.in pragm.de iniur.n.
2.de Angelis de delictis p.2. c.41. n.11. Brunemanus ad
tit. cod.de re milit.n.14. Inde civilis ſocietas,& in-
firmæ,ac corruptæ naturæ neceſſitas veſtimẽ-
tum exigêre *L.43. cum leg.ſeq. dig.de V.S. latè Boſſius*
de alimentor. obligatione cap.2.ex num. 51. Petrus Gre-
gorius de republ. lib.4. cap. 11. n. 1. Unde omnes
fermè totius orbis nationes in velamen nudi-
tatis totius, vel corporis partis veſtimentis uti
refert ibidem *num. 5.* ac pro inde unaquæque

Veſtes quarũdam gentium propriæ.

gens ſuum proprium introduxit, & habuit
veſtitum. Pallium Gabinium, & Græcorum, 6
ſicut & Caſiaca, Maſtruga Sardorum. Braccæ,

Bardo-

Bardocucullus , Gallorum. Germanorum Rheones. Aulæa Brittanorum;Strigium Hiſpanorum. Arſineum, Tyara, Candis, Capyris Perſarum. Horteus Maſſilenſium. Mycoton Armeniorum. Dalmatica Dalmatarum. Peplum Troadum. Caunaces Babyloniorum. Deus etiam populo Judaico dedit modum veſtiendi, quo habitu diſtinguerentur ab aliis gentibus *Numer. c.* 15. 38. *Deuteron.* 22. 11. & 12. *Mattha.* 236. De ſemiramide Aſſyriorum Regina ita *Juſtinus lib.* 1. *hiſt. cap.* 2. ſcribit: *Brachia, ac crura velamentis, caput tiara tegit. Et ne novo habitu aliquid occultare videretur eodem ornatu, & populum veſtiri jubet; quem morem veſtis exinde gens univerſa tenet.*

Roma gubernii magiſtra.

7 Romanorum verò in hoc exempla, etiam alienæ reſpublicæ, ſicut & in cæteris, ad ſe benè componendas amplexæ ſunt meritó; nullum enim floruit regnum, nulla reſpublica, quæ ſapientiſſimorum inſtitutorum, & optimorum exemplorum fuerit feracior. Nuſquàm inveniet aliquis, ſivè ſapientium monita, ſivè gentium cæterarum omnium res geſtas excuſſerit, unde documenta capiat, & plura, & magis ſalutaria ad rempublicam prudenter adminiſtrandam, quàm in monumen-
8 tis de rebus Romanis conſignatis. Romani itaqué, naturali ſuadente ratione, non ſolùm ad utilitatem, ſed etiam ad elegantiam veſtitûs retulere modum; teſtis eſt *Varro in lib. de*

Romanorum veſtes vel ad utilitatem, ſive erant ad elegantiam.

lingua

lingua Latina dicens: *Duplex eſt ſumma, ad quas metas naturæ ſecundum aliquos eſt perveniendum in uſu: utilitatis, & elegantiæ. Quod non ſolùm veſtiti eſſe volumus, ut vitemus frigus, adde & calores, & alias temporis tempeſtates: ſed etiam ut videamur veſtiti eſſe honeſte, ut non domum habere, ut ſimus in tecto, & tuto ſolùm, quod neceſſitas contruſerit, ſed rebus omnibus quæ habent inæqualitatem, quamvis ex uſu primùm ad neceſſitatem videantur adſumpta.*

Dignitas ex veſtitu.

Ad elegantiam diximus: quia ut *ait Quinti-* 9
lian.lib.8.in proœm. Cultus conceſſus, atquè magnificus addit hominibus, ut Græco verſu teſtatum eſt, auctoritatem. Unde *Tertullian. de pallio,* judices, cuſtodeſque dignitatis habitus vocat. Narrat & de Orthodoxam fidem profitentibus *ſulpitius ſeverus de vita Sancti Martini*: ex epiſcopis ad deligendum Antiſtitem evocatis, quoſdam in Martinum non conſenſiſſe, dicentes ſcilicet; contemptibilem eſſe perſonam, indignumque eſſe epiſcopatu hominem victu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem. Idem ſcribit *Paulinus 2. de vit. Sanct. Martin.* Certos namque, & diſtinctos eſſe cultus eorum, qui locis, ordinibus, ac dignitate antiſtant, neceſſe eſt, *Tacito* ſuadente *2. annal.* Non vero placet Laconum conſuetudo, apud quos ex inſtituto lycurgi, nemo altero cultior inceſſit, *Juſtino* teſte *lib. 3. cap. 3.* Qua propter homo natura cum ſit animal mundum, ac elegans, dicente *Seneca epiſtol. 92.* certæ veſtium diſtin-

diſtinctiones in Republica, ac velut ordines pro fortunæ, honorum, officiorum, ac laborum gradu cujuſque fieri debent; conſonat *Ludolphus* nuper ſcribens *de jure famin. illuſtr. ſect.* 1. §.5. *pag.* 17. Et injure noſtro proloquium eſt, quòd talis quiſque præſumatur, qualis ex habitu apparet *L. item apud labeonem* §. *Si quis virgines* 15. *dig. de injur. Triſtany tom.* 1. *dec* 10. *num.* 197. alia jura, & *DD.* cummulans *Caſtro alleg.* 7. *num.* 71. *& ſequentib.*

10 Quia tamen elegantia in luxum, nimiamque degeneraſſet voluptatem, non ſolùm veſtibus introductis holoberis, auratis, hyacinthis, aliiſque valde pretioſis gemmis contextis, dequibus *Peres ad tit. Cod. de veſt. holob. n.* 1. *&* 2. *lib.* 11. ſed etiam ſummi pretii pellitis, quas inter regias retulit *Bulengerius de Imperatore Romano lib.* 2. *cap.* 4. inſanis jam inde luxuque, & cultu redditis hominibus, data eſt pro emmendatione abuſus. Indè lata veſtiaria lex *Siſenna, Statilio Tauro, & L. Libone coſſ.* anno ab urbe condita 769. à Tiberio Cæſare: nequis vir ſerica veſte uteretur, *Dioniſius lib.* 7. *hiſtor. Rom. Petrus Gregor. de republ. lib.* 4. *cap.* 11. *ſub n.* 6. ſimilitèr vetitum fuit, & à Valentin. ſicut & à Juſtian. *in leg.* 1. *Cod. de veſt. holob. & aurat. lib.* 11. cujus potiſſima ratio, non in eo; né veſtis ſerica viros fædaret juxta *Tacitum ſecundo annal. cap.* 33. *n.* 91. ſed in

Leges veſtiariæ recenſentur.

11 eo, ne opes deficiant, & ad facinora homines incendantur, ex quibus ſubſequi ſolet mutatio,

tatio,& everſio ſtatûs; quod poſt alios concideravit *Peres ad dictum titulum n.* 10. cùm juxta *Philoſophum quinto politicorum*: mutationes, cum homines ſua conſumunt prodigè viventes, hi etiam tales res novas quærunt: quod dogma illuſtrat *Joannes Chochier in ſuo theſauro politico lib* 5. *cap*. 19. Intereſt &, ut ait ipſe *Peres num.* 8. Principis locupletes habere ſubditos, & ne nummi ſubtrahatur materia: idem ſenſiſſe *Gregorium d. cap.* 11. *n*.6. ex ipſius verbis conſtat: *peccatur*, inquirit, *in populo circa veſtimenta in luxu, & ſuperfluo cultu, & ornatu*; *coguntur enim ſapè ob impenſas in ſuperflua, aut ob pannos pretioſiores pretio magno emptos immobilia vendere, furari, vel doloſè negotiari, quia talia veſtimenta ſuprà dignitatem, & facultates appetant.* Ita ſimiliter *Joannes Paponus in tract. de ſexto Decalogi præcepto, lib.* 3. *verb. Lacerna*; *Raynald. obſerv. ad c.* 1. *ſupplet.* 5. *n.* 377. *verſ. Et de nimio.* Latiùs noſtros ſumptus lugens proſequitur *Luſitanus Senator Guerreir. in tract. de privileg. familiar. Sanct. Inquiſit. c.* 2?. *ex n.* 10. ſicut & ſuos luget Hiſpanos *Mieres de maioratu p.* 1. *q* 1. *limit.* 2. *n.* 21. quàm quidem exclamationẽ juſtè lachrimatam ait *Boller. de decoct. debitor fiſc tit* 5 *q* 10 *n.* 14. Hinc monet *Hierònym. Epiſt. ad Nepo.* quod ornatus, & ſordes pari modo fugiendi ſunt. Nimia enim ornatus cura non ſolùm opes minuit, verecundiæque terminos tranſgreditur, ſed & graviſſima alia damna ſecum affert *Galindo in Phœnice juriſpr. lib.* 1. *tit.* 2. §.8. *gloſ.* 3.

Exitium

12 Exitium hoc lege Oppia cohibebatur etiã, lata à Caio, ſeu M. Oppio Tribuno plebis, conſulib. Q. Fab. Max. F. Sempronio Graccho, *Livius lib.* 4. *&* 34. *Tacit.* 3. *ann. Roſin. de antiquitatib. Romanorum lib.* 8. *cap.* 13. *in fin. Petrus Gregor. d cap.* 11. *num.* 10. *Bollerus d. tit.* 5. *q.* 10. *num.* 13. *Bovadill. in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 149. *& ſequenti*; de cujus abrogatione *Valerius Maximus lib.* 9. *cap.* 1. *Tacit.* 3. *ann. Ayman. Rivallius in hiſtoria jur. civil. lib.* 2. *verbo lex Oppia, Raynald. obſervat. ad cap.* 1. *ſupplet.* 5. *n.* 377. *circa finem.* Idemque prohibitum conſtat lege Cæcilia lata à Cæcilio Metello Tribuno plebis, prout referunt *Roſinus* ubi proximè, & *Plinius lib.* 37. *cap.* 17. Similia edicta tam apud Romanos, quàm Gallos, Græcos, Batavos, Hiſpanos, & Germanos tradit mutuatus à *Peres ubi ſupra n.* 8. *Guerreiro d. cap.* 22. *a n.* 19. In idem conſentiunt *Bollerus d. q.* 10. *n.* 13. *Cavalcan. de brach. reg. p.* 6. *n.* 684. *& ſequenti. Narbona de ætate anno* 7. *q.* 25. *n.* 1. *&* 2. *Petrus Gregorius d. cap.* 11. *ſub n.* 6. ubi *Flavium, Senecam, & Tacitum* adducit in teſtes. *Henriq. de molendinis q.* 12. *Nonius in libello degener. veſtim. Suſannis de Judæis* 1. *p. c.*4. *Henr. Salmuth. ad Pancirol. lib.* 1. *c. de habit. & veſtim. & c. de fibula, Richterus axiom. politic.* 318. *&* 319. *Melchior de Lacerda volum.* 1. *campi eloq. pag.* 250. *& ſeqq. Thomas Trugillus in diſcurſ. de luxu, & abuſu veſt.* Ex Francorum legibus ſumptuariis una fuit talis: Nemo pluris vendito, aut emito, quam ſagum optimum & duplum XX. ſolidis: ſimplex X.

Vilnos autem minores. Roccum Matrinum, ſeu Lutrinum optimum XXX. ſolidis. Siſmuſinum optimum X. ſolidis. Qui ſecus faxit, XL. ſolidis multactur, & Delatori XX. ſolidos ex ſolvito. Semperque hac in re juxta facultates, conditionemque perſonarum mediocritàs haberi debet. *Eadem ratio eſt habenda veſtitùs, in quo ſicut in plerìſque rebus mediocritas optima eſt* rectè inquit *Cicer. lib.* 1. *de offic.*

Apud nos non ſemel ſimiles ſunt ſanctio- 13
nes prolatæ, & repetitæ: nam antiquioribus omiſſis; anno 1686. ab Invicto Rege noſtro fauſtæ recordationis Petro ſecundo lata fuit lex ſumptuaria transcripta ad literam per *Guerreiro d. cap.*22. *n.*15. Demùm alia ab Auguſtiſſimo, Potentiſſimoque Rege noſtro anno 1708. die 6. Maii. Satiùs fuiſſe diſſimulare, quàm tot pragmaticas contemptui exponere
dixit *Pereſius n.* 9. tranſcriptus à *Guerreiro n.* 23. 14
& 24. *cum ſeqq.* dixerat *& Cavalcan. n.* 685. *d. p.* 6.

Multiplicitas legum damnatur.

Paucæ, etenim ſint leges, & inviolabiles in reipublicæ utilitatem; prout eruditè comprobant *Solorſanus embl.* 68. *Marques in Gubernat. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 17. § 2. quibus namquè plurimæ leges adſunt, ij vivendi ritu plerumquè depravantur: ſicuti quibus plures adſunt medici, permultis gravantur ægritudinibus, *Strabo lib.* 6. *Geograph. Corraſius in leg.* 2. §. *his legibus n.* 1. *dig. de orig. jur.* Sapientèr itaquè legum conditores admonet *Plato lib.* 4. *de republ.* né leges in republica

blica multiplicent. Idemque de judicibus, & medicis, ne in civitate multiplicarentur, *Socratem* conſtituiſſe, fama eſt; nàm ut ait *Tacit, 4. Annal. Corruptiſſima Republica, plurimæ leges.* Et *Plin. ad Trajan. Ne legibus fundata civitas, legibus evertatur,* ait. Satiùs etiam eſſet ſubditos promovere exemplo; quod ſi in ulla re, certé in legis obſervantia, eſt longé potentius verbis, ut ait Claudianus:

Primus juſſa ſubi tunc obſervantior æqui
Fit populus nec ferre negat; cum viderit ipſum
Authorem parere ſibi, componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita Regentis.

15 Laudandi tamen multoties noſtri Invicti Reges, qui ſubditorum, & reipublicæ utilitati, ac cómodo proſpicientes ſumptuarias promulgarunt, & obſervarunt pragmaticas. Experientiâ verò compertum eſt utilitatis publicæ attingi non poſſe Scopum, ni pluribus laneis, & ſericis textrinis ſtructis, ut ſereniſſimus Petrus ſecundus conſilio peritiſſimi, paterque politici Excellentiſſimi Herois Domin. Ludovici Meneſii comitis Ericerentii ductus, & perſuaſus, ordinare cæperat; ut ſic exterorum pannis, & ſericis indigeret nemo. Quod utinàm aſſequeretur; ſic enim noſtris frueremur divitiis, nec materia tantum ſubtraheret aurum; damnum, nulla alia lege reparabile. Nec plurium annorum lapſu, ut optimæ

Textrinas quam utiles traditur.

optimæ officinæ adeſſent,opus ſané eſſet:paucis enim labentibus, Romani neſcientes ſerica quid eſſet, quàm facile habuere opifices, & textrinas, *Lipſius in excurſu* 1. *ad Tacit.* 2. *ann. lit. I.* prout de Indis haud diſſimiliter tradit *Solorſan. de jur. Indiar. tom.*2.*libr.*1.*cap.*10.*n.*2. *& in politic. Ind. lib.* 2. *cap.* 12. Fateri tamen neceſſe eſt, quod maieſtati decet in ornatiori, ac pretioſiori veſte Principem ab omnibus agnoſci, ut apud Hiſpanos cavetur *in l.*5.*tit.*5.*p.*2.ubi *Gregor. Lopess* ac proſequitur eruditus *Salzedo in libello, Nudricion Real cap.* 17. id comprobans *ex D. Thom.* 2.2.*q.* 168. *in corpor.* & ex *Exod. cap.* 16. ac ex *Pſalm.* 44. *In veſtitu de aurato circundata varietate;* & tandem ex Xenophon. & Claud:

Nobilibus gemmis, & vivo lucidus auro,
Cæſareos humeros ardenti murice texit
Circunfuſa de lamys, rutiloquè ornata metallo.
Quin, & Sidonias & cingula bullis chlamydes.
Aſpera, gemmataſquè togas, viridiſquè ſmaragdos
Loricas, galeaſque retinentes hyacinthis.

Laté *Bullegenr. de Imperat. lib.*2.*cap.*14. *Alexand. dier. genial libr.*5.*cap.*18. & dicemus *n.* 197. Nàm multis retrò exemplis, & ſæculis comprobatum eſt, ut honor veſtibus pretioſioribus, vel ornatioribus adhibeatur, poſt *Caſſana.* & alios *Solorſan. de jur. Ind. tom.* 1.*lib.*2.*cap.*19. *n.*68. né dignitas etiam ob cauſam humilitatis vileſcat in veſte ſordida *Romaguer. ad Synodal. Gerund. libr.* 3. *tr.* 1.*cap* 2.*n* 43.

Quod

Quod meritó ſtabilitum aiunt; cùm enim nuditas poſt peccatum ad horrorem, ut diximus, & ad malum verſa ſit, licet intrinſecé mala non ſit (de quare latiſſimé videndus *Tiraquel. in l. 4. connub. gloſ. 1. ex n. 11.* uſque *ad n. 38. &* *Solorſan. in politic. Ind. lib. 2. cap. 25. & de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 24. á n. 60.* uſque ad 67. ubi & de hæreſi nuditatem laudante; & an Iſaias nudus ambulaverit) ac inde veſtitus incæperit neceſſarius eſſe; ita ut appellatione victûs veſtem etiam contineri certi juris dicatur, ut docuit labeo relatus ab Ulpian. *in L. verbo victus dig. de V. S.* melior text. in *L. quos nos* 234. *§. fin. dig. eod.* ac in legato alimentorum veſtes quoque comprehendantur *L. legatis dig. de aliment. & cibar. leg.* cum multis *Solorz. de jur. Ind. tom. 2. libr. 1. cap. 10. num. 4.* & eſt tritum valdè, ita ut quemadmodum quis poteſt licitè furari ad redimẽdam famem, ita & ad detegendam nuditatem *Farinac. de furt. q. 74. num. 68. Solorz.* ubi proximé: invaluit mos, ut veſtis, quæ neceſſitatis cauſa reperta eſt, poſtea ad ornatum, & corporis dignitatem haberi cæpta ſit ſecundùm *Tullium lib. 2. de orator.* Inde in veſtimentis jam differunt digniores à cæteris *L. ſi quid §. ſufficienter digeſt. de uſufr. L. plenum §. equitii digeſt. de uſu, & habit.* & apud Hiſpanos eſt *L. 5. tit. 5. part. 2.* ubi *Gregor. Lopes verbo veſtiduras* in fine, qui tamen fatetur cum *Seneca* id ex plebis eſſe ſtultitia; nàm quemadmodum, ait, ſtultus eſt, qui equum empturus ipſum

Dignitas ex cultu cognoſcenda.

ipſum non inſpicit, ſed ſellam ejus, & fræna; ſic ſtultiſſimus, qui ex veſte hominem æſtimat.

Et quod maiorem redolet inſaniam; ſcientiam utique ex veſte vulgus æſtimat juxta illud metricum ab eodem *Gregor.* repetitum:

Vir bene veſtitus
Pro veſtibus eſſe peritus
Creditur á mille,
Quanvis idiota ſit ille.
Si careas veſte,
Nec ſis veſtitus honeſte
Nullius eſt laudis
Quávis ſciat omne, quod audis.

Et ſi tamen animi dotes ex veſte arbitrari ſtultum valde dicatur; inſaniæ ſignum, & argumentum non leve eſt, inſordida veſte incedere, ut infra dicemus: & aliquando indecens juxta illud *Mathæi* 22. Imo non ſemel ornatior veſtis ipſi Deo placuit, prout accidit in Judith, cujus ad rem meminit *Barboſa vot.* 124. *num.* 28. Et ad propagandam fidem Catholicam non tantùm utile, ſed quandoqué neceſſarium ex *Divo Thoma,* & aliis probat *Solorzan. de jur. Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 65. qui *num.* 66. ex multis id obſervatum refert à Sanctiſſimo Orientalium Apoſtolo Beato Franciſco Xaverio, qui humilitatis, & paupertatis exemplum fuit.

Ad epiſcopos aliquãdo attinet veſtium interdictio.

Luxus verò, & cultus poſtea inſanos ſum- 16
operé cóſpurcavit mares, & pariter fæminas.

Epiſcopis

Epiſcopis undè datum, veſtes prohibere ſupervacuas ad libidinem provocantes, cenſuraſquè fulminare contra mulieres haſce veſtes portantes, *Cortiad. 3. p. deciſ. 263. Menoch. de juriſdict. lib. 2. cap. 14. in princip. Frances. de re morali conſult. 15. & conſ. 37. Zaulis obſerv. lib. 1. rubr. 16. num. 77. Raynald. obſerv. ad cap. 1. ſupplet. 5. num. 377. & cap. 38. § 3. num. 1.* Adeo enim pervenit ad luxum veſtitûs abuſus, ut utroque gladio opus eſſet veſtium ſic pretioſos filos præcidere, ut chamo, & fræno indomitus retineretur appetitus in privatæ, publicæquè utilitatis perniciem præcipitantér ruens: de quare videndus *Barboſ. vot. 124.* Ex qua inſania nata occa-
17 ſio Reſponſo ineptias, & deliramenta eorum, qui ſe ornatos gemmis, & ſericis veſtibus ſepiliri juſſerant damnanti, (quod ſimpliciores facere ſolebant Romani, Judæi, & Africani) *in leg. ſervo alieno §. ineptas voluntates, digeſt. de legat. 1. L. fin. dig. de auro, & arg. leg. L. at ſi quis 14. §. funeris dig. de relig. & ſumpt. funer. L. fin. §. fin. eodem, L. filius dig. de in rem verſ. L. 3. § adverſus dig. de ſepulch. violat.* conſtat & in ſacris literis *Job 3. Baruch. 6. Hieremias 8. lib. 4. regum. 20.* & tradunt *Joſephus de antiquitatibus Judæorum lib. 7. cap. 16. lib. 13. cap. 5. & lib. 16. cap. 7. Alexander ab Alex. dierum gen. lib. 3. cap. 2. ubi Tiraquel. Pined. in Salamon. lib. 4. cap. 22. Tiberius Decian. lib. 6. crim. cap. 39. Julius lavor. tract. 2. cap. 2. Solorſan. in polit. Indiana lib. 6. cap. 5. Ravard. lib. 1. Conject. cap. 14. Iranzo de proteſt. in princip. n. 52.*

Inepta diſpoſitio, qua quis ſe cum pretioſis veſtibus ſepeliri juſſit.

&

& 53. pag. 9. Amaya lib. 2. obſerv. cap. 13. num. 24. Dominicus Arum. dec. Gen. in coronide, Ramires de Prado in teſſera legum pag. 59. Caſtrenſ. in d. §. qui ineptas, Alciatus in leg. filius famil. §. Divi num. 12. de legat. 1: Oſualdus ad Donel. lib. 8. cap. 12. lit. b. & cap. 32. lit. p. Gothofred. ad ll. 12. tabul. lib. 1. tit. de religioſ. Spondan. de cameter. ſacris p. 1. lib. 1. cap. 9. Retes lib. 2. opuſc. ſect. 2. cap. 8. ſub. n. 5. pag. 268. Gedaus in leg. 202. num. 34. de V. S. Coſta in cap. Si pater de teſtam. verb. ſed filio num. 26. Gonçalles in cap. fraternitatem 3. num. 5. de ſepulturis, noviſſimé *Galindo in Phœnice juriſprudentiæ Hiſpanicæ lib. 3. tit. 6. c. 3. num. 7.*

De notis in quibuſdam mauſolæis repertis.

18 Quibus accedunt *Joannes Roſinus antiquitatum Romanarum lib. 6. c. 39.* ubi plura; *Bulenger. de Imper. Rom. lib. 3. c. 6. verſ. Sepulch. fol.* 214. apud editionem Ludugnenſem, ubi *Caſſiodor.* & alios tradit; adducit nec non *ex Petr. Diacon. de notis*, in quibuſdam mauſolæis repertas fuiſſe notas: I. M. I. S. B. A. quod interpetratum eſt. In memoria iſta ſunt bona abſcondita: & alteras: IN. HC. MN. S.P. SN. FN. quarum fuit explicatio, & expoſitio; in hoc monumento ſũt pecuniæ ſine fine. In veteri alio monumento pretioſis veſtibus, & gemmis referto legebatur ſcriptum:

Plutoni ſacrum munus, ne attingite fures.

De falſa opinione in pompa funerũ.

19 Quod ſimplicioribus, diximus aſſuetum erat hominibus; vel quia vero lumine deſtituti putabant divitias ad Plutonis domum deferre ſecum neceſſarias; prout de Mexica-

nis

nis refert *Solorſanus in politica Indiana d. cap. 5. lib 6.* vel quia Ovidianum illud pro vero tenebant:

Eſt honor, & tumulis animas placare paternas,
Grataque in extructas munere ferre pyras.

Vel aliud *Propertii*:

Maius ab exequiis nomen in ora venit.

Quod meritò ethnicus *Tullius prim. Tuſcul.* recta ductus ratione reſpuit, totam aſſerens humationis rationem facilé contemnendam, cùm ad cadavera pertineat: nobiſque à Summo Eccleſiæ Antiſtite traditum in *capite ſacris 12. de Sepultur.* quòd juſtis, vel vilis, vel nulla, non obeſt ſepultura; improbis autem quód nec prodeſt magnifica.

Ex quo inſaniâ notantur, qui monumenta, & ſepulchra, quaſi miracula mundi, Ægiptii, & Arthimiſia condiderunt, ex *Plinio Garcia de expenſ. cap. 8. num. 6. & ſequenti.* De quorum pyramidum, & ſepulchris immani ſuperbia, & incredibili ſumptu fabricatis ſcripſerunt *Solorſanus emblem. 100. Borrell. de præſtantia Regis catholici c. 7. num. 17.* latiſſimé *Caſſaneus in cathalogo Gloriæ mundi p. 12. conſider. 74. & 75. Plinius lib. 36. hiſtor. natural. c. 5. & c. 12. Herot. lib. 2. Polidòr. Virgil. lib. 3. de inventione rerum cap. 10. Gutther. de jur. manium lib. 2. c. 1. Victòria in ſuo theatr. lib. 2. pag. 209.* Supervacuus, ac ineptus ſepulchrorum ritus elicitur ex tex *in lege Mævia dig. de manumiſſ. teſtam.* Circa verò Romanorum, Perſarum, Græcorum, & aliarum gentium monumenta magnifica

De pyramidibus, & ſuperbè fabricatis mauſoleiis.

nifica videndi *Bulengerius de imperatore Romano lib.* 3. *c.* 6. *Amaya* 1. *obſervationum c.* 6. *ex num.* 5. *Roſinus antiquitatum lib.* 6. *c.* 39. *Alexander Donatus de urbe Roma lib.* 3. *c.* 13 ubi circa finem de magnifico Septemii Severi ſepulchro, quod & ſculptum oſtendit in *tom.* 3. *theſauri antiquit. Romanar.* novitér congeſti à *Joanne Georgio Graevio* poſt *paginam* 723.

Reprobantur qui in nihilo humandi rationem pendendam ducunt.

Non tamèn aliorum barbaries amplectenda, qui minimè ſepulchri rationem faciunt, undique ad inferos tantúmdem eſſe viæ dicentes, quos increpat *Garcia de expenſ. c.* 8. *num.* 5. Sicut & delendi ii, qui in mare, ſterquilinia, & in obſcæna loca corpora iniiciebant; qui & ipſa epulabantur cadavera, vel canibus edenda tradebant, argumento *legis quidam* 27. *dig. de condit. inſtit. Faria ad Covas* 2. *variar. c.* 1 *num.* 77. *Faber de error. decad.* 74. *error.* 10. *Caſſaneus in Catalog. Gloria mundi* 2. *p. Concid.* 5. omnia fermé complectens *Thomas Dempſter in Paralipomen. ad Roſinum lib.* 6. *c.* 39. prout & delendi alii, qui cadavera ex arbore ſuſpenſa faciebant; qui quidem mos apud ſcythas, & Hiſpanos ſolitus, *Moſtaſſus de cauſ. piis lib.* 6. *c.* 1. *num.* 10. *Hieronimus lib.* 2. *contra Juvinum, Spondanus de cœmeter. ſacr. lib.* 1. *p.* 1 *c* 4. *de ſcythis* teſtatur etiam *Silius Italus lib.* 13. *Punicor.* dùm ſic alloquitur: 21 22

At gente in Scythica ſuffixa cadavera truncus,
Lenta dies ſepelit putri liquentia trabo.

Qui tamén de Hiſpanis alitér ſenſit, dum ait:

Tellure

Tellure ut perhibent, is mos antiquus Ibera
Exanima obſcanus conſumit corpora vultur.

23 Quidquid verò dicant illi; apud noſtros prima fuit pietas circa luctus, & ſepulturas *Faria in Epitom. hiſt. Luſit.* 1. *p. c.* 1. videndus tamen de jure, ratione, & origine ſepulturæ *Hugo Grotius de jure belli lib.* 2. *c.* 19. plurimas eruditiones complectens. Quid autem dicendum de eorum inſania, qui inſepulta corpora relinquebant, ut videre eſt apud *Caſſaneum*, & *Dempſter* citatos, de quo & *Horatius*: *Hiſpani primi curam luctûs egerunt.*

Poſt, inſepulta membra different lupi:
Et exquiliæ alites.

Quod refert utiqué *Tiraquel. ad Alexandrum lib.* 1. *c.* 16. *lit. G?* Ferina ſané barbaries, & magna impietas, quâ nec adverſus hoſtes utendum *Menoch. de recuper. remed.* 1. *q.* 41. *num.* 445. *Grotius de jur. belli lib.* 2. *c.* 19. §. 3. dicente *Tacito*: *Ne hoſtes quidem ſepulturam invident.* Dedecus, quod maiores noſtri dixerunt maximum *L. quod ſi* 28. *dig. de religioſ. & ſumpt. funer.* An né ſtrangulatorum cadavera terræ mandanda ſint! Vide *Harppr. in* §. *pæna* 5. *á num.* 25. uſque *ad num.* 27. incluſivé *inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur*, ubi meminit *Geneſ.* 40. *verſ.* 19. & *Grotium ubi ſuprá* §. 4.

24 Fuere & alii, qui pravitate hæretica contaminati in nihilo habuerunt eccleſiaſticas ſepulturas, quos ut damnatos meritò refellũt *Caſtro adverſus hæreſes lib.* 13. *verb. ſepultura*, *Divus Thomas in* 4. *diſt.* 25. *art.* 3. & *ſecunda ſecundæ q.* 32. *Hæreſis eccleſiaſticâ deſpiciens ſepulturâ.*

art. 2. *Frances de eccleſ. Cathedral. c.* 17. *a num.* 120. *Lavor. variar. Lucubrat. tit.* 2. *de priſco & recenti funerandi more c.* 14. *Samuel. de ſepult. prælud.* 8. & 9. *Theatr. vitæ humanæ verb. ſepult. verſ. ſepult. fidel.* Et notanda hùc valdè ſunt verba *Gregorii in cap. cum gravia* 17. 13. *q.* 2. *ibi*:

Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad abſolutionem, quin potiùs ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſiis ponuntur.

Terreant Catholici, & prædictam aſſequãtur utilitatem, quam latiùs proſequuti ſunt *Sotus in* 4. *diſtin.* 45. *q.* 2. *art.* 3. *Antonin. in ſum.* 3. *p. tit.* 10. *c.* 1. §. 1. *Medices de ſepult. in præfat.*

Medius honos in ſepeliẽdi more, ac ritu ad bibẽdus.

Medius itaquè, debituſque honos adhibẽdus in ſepiliendis corporibus; omiſſis plurimis, unùm refero *Bolerum de decoct. debitor. fiſcal. tit.* 1 *q* 8. *ex n.* 6. Undè non obſervandæ ineptæ voluntates eorum, qui ſepulchrum ditare jubent juxta ſuprà dicta *num.* 17. ſicut nec eorũ, qui corpora deſpicienda jubent juxtà allegata *n.* 21. vulgóque notatur ex dict. *Leg. quidam.* 27. *de condit. inſtit.* ubi laudatur qui potiùs voluntatem neglexit, illius, qui ſe in mare mittendum, mandaverat: quod alludit *Ovidius* 5. *faſtor.* 25

Laudatur ineptæ non obtemperans voluntati.

Sæpè tamèn patria dulci tanguntur amore

Atquè

Atque aliquis moriens hoc breve mandat opus.
Mittite me in Tyberim, Tyberinis vectus ut undis
Littus ad Inachium pulvis inanis eam.
Diſplicet hæredi mandata cura ſepulchri;
Mortuus Auſonia conditur hoſpes humo.

& dicemus *num.* 39.

26 Indè ſimilitèr privandus hæreditate non eſt, qui voluntati defuncti circa vilem, modicumque ſumptum in ſepeliendo corpore non obtemperavit, cum imó potiús laude reddatur dignus, *Lavorius* ubi ſupra *c.* 11. *n.* 31. *Medicis de ſepultur. q.* 22. *Hodierna ad Surdum deciſ.* 112. *num.* 10. *Coſta de rat. rata q.* 73. *n.* 9. *Baron. de corpor. & membris c.* 1. *in addit. ad n.* 259. *Pylaya ad Iranzo pag.* 16. *n.* 4. Magnanimus veró ille heros Nonius de Cunha de Attayde Aſiæ Prorex omni memorandus ævo, ex India cúm ad patriam navigans mortali corriperetur morbo, ordinavit corpus injiciendum fore in mare; in avitumque ſepulchum minime inferendum: quod executum fuit. Ego potiús mandatum, quàm implementum laudo. *Hæreditate non privatur hæres modum in ſepulchro excedēs.*

27 Quia tamèn in ineptas voluntates ſepeliendi cum veſtibus incidimus, & forſitàn etiam in manus hominum, qui juris facultati ita addicti ferunt ægrè humanarum literarum amæna ſtudia, illa horrida, incompta, inconditaquè, ac inutilia falſó putantes, ut *Maciani* relati in *L.* 17. *D. de jure patron.* aliorumque teſtimoniis, præcipue Gellii, adverſus eos invehitur *Vetuſtatum notitia cōmendatur.*

BIBLIOTECA ... ROMA ...

invehitur *Henrig. de Caminis in Mantiſſ. de molendin. c. 2. num. 4. & ſequentib.* qui *num.* 11. ſic ait: *Abeat nunc cauſidi corum profanum vulgus; abeant illi lucri cupidi, qui in ore, ac more id ſemper geſtant, crepantqué, hæc, & talia non eſſe depane lucrando, digni ut panem furfuraceum ſemper edant, ſolumque in alimoniam vertant.* Eis tamen morem ut geram, occaſione aliquando arrepta, quorundam jurium inexpoſitionibus, ac eorum in enodandis difficultatibus, moram interponere licebit. Vulgaris eſt in materia difficultas *Legis medico fin. §. mulier dig. de aur. & argent. legat.* ubi *Scævola* reſpondit, maritum hæredem, margaritas, & viriolas ex ſmaragdis in ſepulchrum uxoris, ipſius voluntate neglecta, non iniicientem, prædicta non lucrari ornamenta; ſed ad legatariam, cui reliquum ornamentum erat relictum, pertinere.

Agitur de leg. Medico §. mulier dig. de auro, & arg. leg.

Nequè difficultas ceſſabit, ſi cum *gloſa* ibidem *verbo pertinere* dicere tentes, quod illa ornamenta ad ſepulturam deſtinata, quaſi ſub conditione adempta cenſentur à legato, qua deficiente, ad legatariam attinent: hoc namqué refelli videtur ex *textu in lege legatum* 24. §. *Pater dig. de adimend. leg.* ubi *Papinianus* ait, partem legati ademptam, & inutilitér datam adverſus juris diſpoſitiones ad legatarium nuſquàm reverti; quod & decidunt *text. in leg. ſi ita* 14. *leg. planè* 34. *dig. de leg.* 1. *L. & ſi transferam* 20. *L. filio* 31. §. *matri dig. de adimend. legat.* Omiſ- 29

28

ſis,

ſis, quæ communitér hîc ponderant Scriptores, frequétiús noſtri Conimbricenſes ex *Caſtrenſi* cum *præceptore Joanne de Carvalho in ſcholiis ad leg. rem legatam* 18. *dig. de adimend. legat. & præceptore Cazado in leg.* 11. §. *Si rem dig. de legat.* 3. & aliis, quos iſti adducunt, reſpondent conjecturatam eſſe mentem in *dicto* §. *mulier*, quód potiús ad legatariam, quàm ad hæredem pertineant ornamenta; cum hæredem gravaret, ut ea in ſepulchrum mitteret; quod ipſe hæres ſi voluiſſet, adimpleret; quia lex tale fieri non prohibet, ſed ſolúmodo non obligat, quòd fiat: ac proindé voluntati non obtemperans, non eſt eâdem voluntate juvandus ut lucrum percipiat, etiamſi relictum lege, vel fortuitò finem à teſtatore deſtinatum non aſſequatur, argumento celebris *textûs in leg. Pater* 36. §. *Tuſculanus dig. de legat.* 3. *Larrea deciſ.* 67. *n.* 21. *Arias de Meſa lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 17. *Arouc. alleg.* 16. *n.* 22. Quæ quidem ſolutio magis certé arridet, quam altera præſtita à *Bartolo, & Franchis*, relatis *per Larream deciſ.* 40. *n.* 62. & quàm alia ab eodem *Larrea* tradita *deciſ.* 67. *n.* 22. quia dúm diſpoſitionem tanquàm ineptam invalidam affirmat, ex eo hæredem privat, quia etiam ſi valeret non adimpleturus eſſet; quod ſané divinationem continet; nemo enim ſcire poterit quid tacturus eſſet hæres, ſi voluntas non improbaretur à lege.

30 Reſponderi etiam poſſe non abſoné quis

dicet:

dicet: quod licet ſemel ademptum per diſpoſitionem de præſenti, & in futurum non reſervatam, ſempér ademptum maneat *Lex ſi ita* 14. *dig. de leg.* 1. *L. legat.* 24. §. *Pater L. filio* 31. §. *Pater dig. de adimend. legat.* (quidquid aliud ſit quandó ademptio ex ſuperveniente eventu non ſubſiſtit *dict. L. Pater* §. *Tuſculanus*, de qua, pluriumquè jurium intellectu conſulendi *Cujacius lib.* 12. *obſ. cap.* 1. *Larrea deciſ.* 67. *á num.* 18. *Faber* 3. *conject. cap.* 18. *Oſuald. ad Donel. lib.* 8. *c.* 17. *lit. B.*) attamén cùm à lege reprobatæ meritò illæ ſint diſpoſitiones, tanquàm ineptiis plenæ, ac proindé nullitatis vitio laborent ex notatis ad *leg. non dubium Cod. de legib.* habenda eſt ademptio in *dict. leg. medico* §. *mulier* pro non ſcripta; cúm illud quod contrajus

Impoſſibile de jure pro non ſcripto babetur in ultimis voluntatibus.

ſit, & ordinatur, impoſſibile exiſtimetur, pariter & pro non ſcripto habeatur *Leg. conditiones* 9. & *L.* 14. *dig. de condit. inſtit. leg. reprehendenda* 5. *Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. Amaya lib.* 2. *obſerv. c.* 11. *n.* 7. *Portugal. de donat. prælud.* 2. §. 2. *n.* 72. *Duran. de condition.* 3. *p. cap.* 1. & *p.* 2. *cap.* 1. *a num.* 57. *Creſpo obſ* 91. *á num.* 34. *Surdus deciſ.* 68. *Altimar tom.* 3. *de nullitat. rubr.* 1. *q.* 13. *ſect.* 3. *num.* 284. *Vin. in* §. *impoſſibilis inſt. de hær inſt. num.* 4 *Fagnan. in cap.* 7. *de cond. appoſ. num.* 11. *ubi Gonzalles á num.* 5. *Larreatigui*

Remiſſivè de leg. filius 15. dig. de condit. inſt.

lib. 7. *ſelect. cap.* 2. *uſque ad num.* 4. & omnes *in* §. *impoſſibilis inſtit. de hæredibus inſtituendis*, ubi *Harprect. num.* 10. (excipimus caſum legis *filius* 15. 31
dig. de condit. inſtit. cujus difficultas, ut hoc obi-

ter

ter animadvertam, nequè à *Donelo, Duaren. Coſta,* & *Valentia* ſolvitur, ſed magis à *Fabro lib.* 6. *conject. cap.* 11. & *Amaya lib.* 2. *obſerv. cap.* 11. *num.* 11. & meliùs à *Larreatigui* omninó videndo *lib.* 7. *ſelect. cap.* 3. & *cap.* 4.) Illa etenim ratio ex favore ultimæ voluntatis inducta, nixaquè inferia mortalitatis cogitatione, obquam pro non ſcripto habetur, quod contra jus ſcriptum eſt, *Vinius* ubi proxime *num.* 2. *Harprect. num.* 13.
32 *Larreatigui lib.* 7. *ſelect. cap.* 3. *num.* 3. æquè militat, & adaptatur, quocumque modo ultima voluntas contineat impoſſibile, ſi perplexitas, & pugnantia ſalvari poſſunt *Altograd. lib.* 1. *conſ.* 77. *num.* 34. *Duenhas reg.* 114. & hoc ſivè ſit in datione, ſivè in ademptione; cum ademptio ultima voluntas ſit *Pinel. lib.* 2. *Select. cap.* 20. *num.* 22. *verſ. ſed obſtat.* *Non ſemper perplexitas vitiat diſpoſitionem.*

33 Cum igitur favore ultimæ voluntatis, ac ex conjecturata teſtatorum mente ademptio circa partem legati reiiciatur, ſi impoſſibilis naturâ ſit *L. leg.* 14. §. *fin. dig. de adimend. leg.* ita & ademptio circa partem legati contra jus facta in dicta *leg. fin.* § *mulier* habenda erit pro non ſcripta, indequè ad legatariam totîus ornamenti attinebit pars illa adempta. A'quo nec multùm diſſentire videtur *præceptor Carvalho,* qui in *d. L.* 14. §. *fin. dig. de adimend. legat.* impoſſibilitatem conciderat tàm informa, quàm *Ademptio partis rei legatæ aliquãdo non ſubſiſtit.*
34 in ſubjecto. Nequè prædicta turbat *tex in L.* 24. §. *fin. dig. de adimend legat.* Ubi ademptio partis L. 24. §. fin. dig. de adim. leg.

D

partis legati, non obſtante, quod contra jus eſſet, non ſolùm pro non ſcripta habita non fuit, ſed imó utilis; reſpondetur namquè quod ademptio illa in teſtamento non fuit facta; ſi enim in teſtamento relictũ quid eſſet uxori, proculdubio validum foret: fuit autem per donationem inter virum, & uxorem facta ademptio, juxta regulam *legis, rem legatam* cum *ſimilibus*: & quàmvis titulus ille nullus eſſet juxta dicenda *num.* 317. cùm tamèn ex actu nullo voluntas, quâ hæc regulantur, eliciatur *L. fin. dig. de reb. eor. Rocca ſelect. cap.* 42. *n.* 44. 35 *Caſtilho lib.* 5. *controv.* 108. *per tot. Veladiſſert.* 47. *n.* 20. *Parex. tit.* 5. *reſ.* 1. *num.* 20. ex hac ſic elicita voluntate ſubſiſtit ademptio *L. plané* 34. *dig. de legat.* 1. ubi *Barboſ. L.* 3. §. *fin. dig de fund. inſtruct. L. & ſi* 20. *dig. de adimend. legat. Zoazius ad tit. dig. de adimend. vel transferendis legat. num.* 6. *cum Caldas, & aliis Olea deceſſ jur. tit.* 2 *q.* 5. *num.* 24. *Altimar de null. tom.* 7. *q* 48. *num.* 98. Tutior tamén, & vera intelligentia illa eſt, quam ad *dict. L.* 14. §. *fin.* præſtat poſt *Coſta Select. præceptor, Senatorquè Palatinus Cazado in dict.* §. *ſi rem.*

Ex ademptione invalida legatum adimitur.

An conditio ſepeliẽdi cum pretioſioribus veſtibus ſit implenda, diſceptatur.

Utrúm autem conditio ſepeliendi, & in 36 ſepulchrum pretioſas iniiciendi veſtes adimpleri debeat, ut relictum ea ſub conditione, aſſequi queat, non levis eſt dubitatio; in qua plures pro affirmativa reſolvunt, moti ex *Leg. Mævius dig. de condit. & demonſtrat*, ubi conditio dandi ei, qui incapax eſt adquiſitionis, quàmvis

vis inutilitér ſit ſcripta adimpleri debet, ſicut & alia in mare projiciendi : eò quod in implendis conditionibus inſpicienda primùm ſit defuncti voluntas, quæ de facto adimpleri ſufficit *L. in conditionibus* 19. *L. qui hæredi* 44. *dig. de*
37 *condit. & demonſtrat. L. Paulus* 4. *dig. de rebus dubiis*, & eſt apud Hiſpanos *L. fin. tit.* 4. *part.* 6. *Sarmiento in L. Gallus* §. *& quid ſi tantùm à num.* 15 qui latè de *leg. Mævius* agit (videndus & *ſecundò ſelect. cap.* 1. *n.* 4.) *Larrea dec.* 45. *n.* 12. *in fin. &* 13. Unde *Sarmiento num.* 12. acritér defendit adimplendam eſſe conditionem in mare projiciendi; quod & amplectere videtur *Collegium Argentoratenſe ad tit. dig. de condit. & demonſtrat. ſub num.* 14. quapropter & adimplendam conditionem ſepeliendi cum veſtibus pretioſis poſt *Caſtrenſ.* defendit *Carvalho in dict. leg. rem legatam.*

Quæ quidem opinio non paucis convali-
38 datur: primò ex *leg. mulier* 20. §. 1. *dig. de condit. inſtit.* ubi conditio manumittendi hæreditarium ſervum debet de facto ab inſtituto impleri; cúm tamen non poſſit validé ante aditionem manumittere *L.* 1. *Cod. de his, qui à non Domino manumiſſi ſunt*: ſecundó *ex leg. aſſignare* 7. *dig. de aſſignand. libertis*, ubi permiſſa eſt conditionalis aſſignatio liberti; cúm utiqué prohibita ſit appoſitio oneris, eó quód cõmodum inæſtimabile eſt: tertió; quia, gravamen, quod patroni legitimæ imponi nequit *L. cum patronus dig. de leg.* 2. ſubſtinetur ipſo jure, ſi per condi-

D 2 tionem

tionem apponatur *tex. in L.* 3. §. *ſi patronus dig. de bonis libert.* Demúm; quia nemo ut emancipet, vel adoptet gravari poteſt *tex. in L. fil. famil.* 114. §. *Secundúm vulgarem dig. de legat.* 1. *L. uxorem* 39. §. *hæres dig. de legat.* 3. ſi tamén illud onus per viam conditionis adiiciatur, adimpleri bebet *L.* 11. *dig. de condit. inſtit. L. ſi cui* 91. *verſ. nequè enim dig. de condit. & demonſtr.*

Queis tamén non obſtantibus, puto abſur- 39
dum videri, quòd conditio implementum exigat, quandó lex implementum prohibet directò. Undè verior tenet ſententia reiiciédam, & pro non ſcripta habendam prædictam conditionem, *Albericus Gentilis lib. 4. lect. cap. 2. Oſualdus ad Donel. lib. 8. cap. 3. liter. P.* novitèr *Galindo in Phænice d. tit. 6. cap. 3. num. 7.* & ſentiunt *Retes lib. 2. opuſc. cap. 8. ſub num. 5. Vin. in* §. 21. *in fin. inſtit. de legat. Cujac. lib. 3. qq. Pauli in L. filius fam. 19. dig. de in rem verſ. Azeved. in L. 2. tit. 5. lib. 5. recopil. Ramos de inſtit. action. c. 1. num. 11. Chavarri in Didaſcal. p. 2. c. 14. ex num. 3.* ubi plura, & plures circa haſce ineptas voluntates tradit, & *p. 1. c. 17. num. 6.* Et poſt *Cujac. lib. 3. reſponſ. Papin. ad d.* §. *qui ineptas, & in L. 24.* §. 1. *de adim. leg.* refert difficultatem *leg. fin.* §. *fin. dig. de aur. & argent. legat.* & utrobique maximè *d. c. 17. num* 6 ſolutionem, quam non abſonam ſuprà diximus, ipſe probat; dum ait ademptionem effectum non ſortiri, eo quòd illa inepta voluntas à jure ſpernatur; quod & voluit *Oros de apicibus jur. libr. 1. c. 10. num. 6.*

Verior aſſeritur ſententia conditiones ineptas rejiciēs.

Iterùm agitur de L. ult. §. ult. dig. de aur. & arg. leg.

*num.*6. in fine; quamvis in hoc parùm tutum
ſe exhibeat *Chavarri d. c.* 14. *in fin.* doctrina ta-
men *Oros* juvatur ex *L.*44. *dig. de har. inſtit.* Si-
40 militèr reſolvit veriùs idem *Retes d. c.* 8. *num.* 5.
non adimplendam conditionẽ proiiciendi in
mare; latè, poſt ſubtilem *Coſta*, reſpondens ad
L. Mævius; de qua videndi ipſe *Retes á num.* 4.
*Oſuald. d. cap.*32. *circa fin. Faber. lib.*17. *conjectur. cap*
15. *Pichard in L. Gallus* §. 3. *á n.*157. *Præceptor* omni
ævo laudandus *Franciſcus Barreto Froes in Scholiis ad*
*L.*1. *dig. ad L. Falcid. art.*3. Verúm *Chavarri d. cap.*
17. *num.*6. *Oſualdum* meritó refutans, fundamẽ-
tum agnoſcit, & rationem, qua ductarentur
teſtatores, ut illo præcepto ſuos hæredes obſ-
tringerent, nempé, ut reliquias ſuas in mare
proiicerent; eo quod verebantur incantatri-
ces: quod quidem ineptum eſt; cùm incan-
tationes tàm in terra, quàm in æquore, dæmo-
nis arte contingant pariliter.

Remiſſivè de lege Mævius & de conditione in mare projiciendi.

Cætera jura *num.* 38. adducta exponunt *Coſta lib.* 1. *Select. cap.* 13. *Retes lib.* 5. *opuſcul. c.* 6. *n.* 20. *Bellon. de jur. accreſc. c.* 7. *q.* 16. *n.* 267. *Manſ. de teſtam. valid. tit.* 7. *q.* 15. *á n.* 12. *Cujac. ad L.* 11. *dig. de condit. inſt. & libr.* 27. *quæſt. Papin. in L. cum ſervus* 54. §. 1. *dig. mandat. Caldas de nominat. lib.* 3. *cap.* 17. *á num.* 12. *Præceptores Sapientiſſ. Veiga in leg. filius fam.* §. *Secundùm vulgarem deg. de legat.* 1. *Cazado in L.* 1. §. *ſciendum dig. de legat.* 3. Vide etiam à nobis dicenda poſt *n.*331. circa *L.* 19. *dig. de in rem verſ. & L. funeris* 37. *dig. de religioſ. & ſumpt. funer.* Conditio utiquè illa,

ut à teſtatore carmina indignè, & malè compoſita prælo tradantur, tanquám ſimplicitatis, & levitatis plena adimplenda non eſt, poſt *Rotam Paul. Rubeus de validit. legal. c. 8. ex n. 15.* ubi non ideo annullandum teſtamentũ, tanquám á demente factum.

Sublato itaqué per leges veſtiarias abuſu, 41
luxuque veſtitûs [ut eò à quo egreſſi ſumus revertamur] ad elegantiam, cultumquė civis Romani permiſſæ laudabilitér veſtes, quas *Ulpianus* propoſuit *in leg. veſtis 25. dig. de auro, & argent. legat.* quam legem ad literam tranſcribunt *Roſinus de antiquitat. Roman. lib. 5. cap.* 31. *Octavianus Ferrarius in tract. de re veſtiaria, & Laſarus Bayſius de re veſtiaria*; rem multis antiquitatibus, & eruditionibus, qui ornavit; ſicut & *Langlaus* 1. *ſemeſtr. cap.* 5. per tot. Proponit itaquè *Ulpianus*, quod:

L. veſtis 25. digeſt. de aur. & arg. leg.

Veſtimentorum ſunt lanea omnia, lineaque
Vel ſerica, vel bombycina.

Cujus meminit diviſionis *Boſſius* poſt alios *de* 42
obligat. aliment. cap. 2. num. 51. Non deſunt tamén, qui dicant ab *Ulpiano* proponi etiã ad luxũ attinentes veſtes; licet enim de auratis veſtibus mentionem non faciat, ex eo putant fuiſſe, quia tunc tẽporis adhuc tam frequentes non erant, quamvis tunicâ aureâ jam triunphaſſet Traquinius, ut probat *Bayſius de re veſtiaria cap. 7.* Quod ulteriús ex eo probant, quia bombycina erant, quas telas Bombyces, arenarum more,

Bombycina quid eſſet!

re, texebant ad veſtem, luxumque fœminarum, *ex Plinio*, & aliis *Bayſius cap.* 6. Sed de hoc quidquid ſit. Quia tamén Ulpianus virilia indumenta a fœmineis ſegregat, audiamus eum:

Virilia ſunt, quæ ipſius patris familias
Cauſâ parata ſunt, veluti Toga, &
Tunicæ; palliola, veſtimenta, ſtragula,
Amphitapa, & ſaga, & reliqua ſimilia.

43 Et meritò equidèm *Ulpianus* ſejunxit muliebria à virilibus, ſicut & communia per diſcurſum legis ſtatuit veſtimenta; turpé enim, & indignúm, ſed coercione dignum, quod viri muliebribus ſe induant, *Oven. in monaſt. eprigram.* 100.

Se jungendæ muliebres veſtes à virilibus.

O' quám turpé viro muliebri incedere cultu.

44 Quod & dixerat *Petrus Gregorius de republica lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. legequé apud nos *lib.* 5. *titul.* 34.
gravi ſub pæna cavetur: né viri & mulieres
alterius ſexus veſtimenta induant. Veſtium
enim abuſum magnoperé legum latores improbarunt, ac improbare debebant ex jam ſuprà notatis: præcipua tamén fuit improbatio
indutis veſtibus alterius ſenſûs. *Philo Judæus de*
fortitudine ſic ait: *voluit lex virum in veſtitu ſe, ut virum decet, gerere, quem cúm die, noctuque circumferat;*
talis eſſe debet, ut eum ſemper decoris, honeſtatiſque admo-
45 *neat. ſic & mulieres ornans pro dignitate, vetat virilem veſtem ſumere, longe ſubmovens effæminatos viros; túm plus æquo viriles fæminas.* Jureconſultus *in dict. leg.*

Ordin. lib 5. *tit.* 34.

Veſtibus alterius ſenſus induere prohibitum.

veſtis

veſtis 25. §. *Muliebria* ait: quod ſine vituperatione vir non facile utitur muliebribus. Legem refert *Joſephus de antiquitat. lib.* 4. illis verbis latam: *cavete autem, maximè in bello, ut neque mulier habitu virili utatur, neque vir ſtola mulie-* 46
bri. Conſonat *cap.*67. *diſtint.*30. *Divus Hieronimus epiſt.*8. *Aliæ*, ait, *virili habitu veſte mutata erubeſcunt eſſe, quod natæ ſunt contra naturam; imò ultra naturam eſt, non exercere quod nata ſis.* Nequè hæc cura contempta fuit à legislatore Divino. *Non induetur* (legitur in *Deuteron.* 22.) *mulier veſte virili, nec vir utetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc. Div. Thom.* 1.2. *q.*102 *art.*6. *ad*6.*&* 22. *q.*169. *art.*2. *ad* 3. *Ramos ad LL. Jul. & Pap. lib.* 2. *c.* 44.*n.* 16 *Novar. de gravam. grav.*309. *n.*5. Et contra naturam eſſe, ait *Senec. epiſtol.* 122.

Cùm autèm de toga, quæ primum locum 47
apud *Ulpianum* occupat inter veſtes viriles, de ipſiusquè dignitate ſermocinandum latiùs ſit; ordine literæ, quem *Ulpianus* propoſuit, à nobis interverſo; priús aliqua de cæteris veſtimentis virilibus, quæ vel ad togæ ornatum, vel ad togæ differentiam pertinent, non injucundé dicturi ſumus. Tunicam, ſuprà quam,
De tunica; & veſtis nè fuiſſet virilis! latusclavus, Senatorum inſigne, induebatur,
virilem veſtem prædicat *Ulpianus*, & meritò. 48
Aſt vel muliebrem, vel ſaltem communem fuiſſe ex non paucis ſuadentur aliqui: *Martialis* enim *lib.* 11. *epigram.* 99. ait:

De Cathedra quoties ſurgis (jam ſapè notavi)

Prædicant

Prædicant miſeram, Lesbia, te tunica.

Et *Ovidius in* 3. *amor.*

Sic etiam tunica tangitur illa ſua.

Et alibi:

Pugnabat tunica ſe tamèn illa tegi.

Plutarchus etiã in *Antonio* de Cleopatra loquens, quæ valitudine affecta in lectulo jacens, ut Auguſtum adventantem reſcivit, tunicata exiliit obviàm, ſequè ad pedes ejus pronam conjecerat, ita loquitur: *Ipſa autèm jacebat in lecto ſordidè: ingredienti verò ipſi unica amicta tunica exiliens accidit.* Veſtemquè muliebrem proculdubiò tunicam affirmant *Roſinus de antiquitat. Roman.*
49 *lib.* 5. *cap.* 35. *pag.* 589. *Tiraquel.* multa cummulans *ad leg. connub. L.* 3. *lit. T. pag.* 86.

Ulpianũ verò, defendere qui cogimur opus eſt ab adverſariis liberemus, incolumemque reddamus: putamus itaquè tunicam, quam *Defenditur Ulpianus.*
50 prima contexuit *Tanaquil, theatr. vit. hum. verbo ars, tit. veſtimentor. pag.* 257. virilem fuiſſe veſtem; & *Martialem, Ovidium, Plutarchum*, alioſquè non paucos contrarium dicentes, loqui de tunica cõmuni, quæ carni proximior eſt, quam tunicam lineam, vel imam, aut interulam, ſivè camiſiam vulgó nuncupant, ut agnoſcit *Bayſius de re veſtiaria cap.* 12. *Ulpian.* autém de alia tu- *Tanaquil prima contexuit tunicã.*
51 nica, quâ ſuper togam Romani cives utebantur, intelligendus eſt. Quod ipſe *Laſarus Bayſius* comprobat ex *Aulo Gellio lib* 7. *noctium atticarum cap.* 12. quo loci ſic ait: *antiquitùs Romanos*

 primò

primò quidèm ſine tunicis toga ſola amictos. Ex quo jam facilé cognoſcitur cur primò togá, quàm tunicam, referret *Ulpianus*. Indè etiám deducunt critici non bené *Plutarchum* reprehen- 52
diſſe *Catonem*, eò quod non ſervaſſet decorum prætoriæ dignitatis, dum poſt prandium , vel cùm jus diceret, tunicam deponeret, Catonis factum excuſantes, inter quos idem *Bayſius dict. c.* 12. *in principio*: alii autèm potiús, meo videri, *Plutarchum*, quàm *Catonem* rectè exculpant, quaſi alienum eſſet à prudenti viro, togæ ornamentum deponere.

Plutarchus Catonē reprehendit.

Gellius autèm *dict. lib.* 7. *cap.* 12. ſubdubius ait, 53
muliebris quod ſi fuiſſet tunica, illa eſſet, quæ prolixé uſqué ad digitos extendebatur, quâ hominem uti non deceret. Apud *Roſinum dict. cap.* 35. *ex pag.* 588. *in Paralipomen. Demſpter.* legitur tunicam virilem veſtem, ac fæmineam luxu effectam fuiſſe. Faciliús tamén propugnabitur *Ulpianus* ex doctrina *Varron. de ling. lat. & lexicon Calvini verb. veſtimentor.* qui tenent aliam 54
muliebrem, aliam virilem juxta genus inſtituti, & uſûs modum fuiſſe tunicam: quæ quidem diſtinctio juvatur ex *Plauto* dum ait: *manuliatam tunicam habere hominem decet*; quamvis de hoc alitér, latéque differat *Aldus Manutius in diſſert. de tunic. Romanor.* Tunicis autem talaribus pro varietate temporum cives uſos Romanos procul dubio eſt juxta Auguſtinum *lib.* 3 *de doctrin. Chriſt. c.* 12. ibi: *ſicút ſic talares, & manicatas*

Tunica talaris.

tunicas

tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat; nunc
55 *autem honeſto loco natis, cùm tunicati ſunt, non eas habere flagitium eſt.* Quas talares, idem atquè Collobium fuiſſe, vel conſtat ex Cicerone dicente: *manicatis, & talaribus tunicis; nám Collobiis utebantur antiqui.*

Palliolum pro veſte virili tradit *Ulpianus*: ſed *Plura*
56 hoc maiorem in ſe habet difficultatem. Pal- *de palliolo.*
liola idem, ac pallium interpetratur *Bayſius cap.* 13. cui accedunt *Octavius Ferrarius de re veſtiaria lib* 4. *cap.* 1. *Calvinus in lexicon verb. pallium*; fuit enim, ut dictum jam eſt, pallium à Græcis, ſicut toga à Romanis inductum. Unde Romani Togati, Græci verò Palliati, & Palliatæ
57 comediæ, idem *lexicon verb. ſtragula. Suetonius* in *Julio Caſ. cap.*48. *convivatum*, ait, *aſſiduè per Provin-* *Memorantur*
cias duobus tricliniis, uno quo ſagati, palliati vè, altero *Julius*
quo togati cum illuſtribus provinciarum diſcumberent. *Cæſar, & Octa-*
Tantùm erat inter togatos, & palliatos diſcri- *vius*
men: meritò & ideó iniquè latum, traditur, *Auguſtus.*
ab Auguſto; dùm togatos ad pallium ipſe, rerum ordinè interverſo, tranſire decreverat, juxta illud *Suetonii in Octavio cap.* 98. *togas inſuper, ac pallia diſtribuit, lege propoſita, ut Romani Græco, & Græci Romano habitu, & ſermone uterentur.*

Palliola autem contra Ulpianum, veſtem *Palliola*
muliebrem fuiſſe communitér autumant an- *an virilia eſſet.*
58 tiquitatum indagatores; nàm quod nullus, Romæ, iſtiûs veſtis uſus eſſet in viris probat *Ferrarius de re veſtiaria* 2. *p. lib.* 4. *cap.* 3. idemqué

voluit *Tiraquel. in leg.* 3. *Connub. gloſ.* 1. *pag.* 77. nititurqué in *leg. Titia dig. de auro, & argent. legat.* ubi mulier mulieri palliolum legavit; miratur, & ipſe *Tiraquel.* quód noſter *Ulpianus* palliola virilem vocet veſtem; cõmunem autem pauló inferius veſtem dicat pallium: cúm tamén pallium proprium eſſet virorum, & philoſophorum juxta dicterium: Pallium, & barbam video, Philoſophum non video. Augetur difficultas: tradit enim idem *Tiraquel.* quod *Flavius Vopiſcus* in *Bonoſo* palliola vocaverat tunicas palliolatas, quæ veſtis fæminarum erat ex illo *Martialis lib.* 9. *epigram.* 33.

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Quod ego etiam comprobo ex *Juvenal.* dúm 59
Satyra III. ſic alloquitur:

Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur.

Et *Satyra* 3.

Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo.

Caſtalius, quem idem retulit *Tiraquel.* pro palli- 60
olis ſupperos intellexit, aut vertit. Supperos, ſeu ſuppera vocant linteum femorale ad talos uſque pendens, ut tradit *Nonius Marcellus*: ita dictum quod ſubtus appareat; utiturqué is teſtimonio *Plauti in Epidico*; *Nævii in Pædio*; *Afrani in epiſt. Varroniis in Eumenibus. Sextus* autem *Pompeus lib.* 17. *ſuperus*, inquit, *eſt veſtimentum puellare, lineum, quod & ſubucula, ideſt camiſia dicitur.* Sed & hac voce uſus eſt *Cicero*, & uſi ſunt *Quintilian.*

Seneca,

Seneca, *Juvenalis*, & alii; & pertinet illud *Lucani ſecundo Pharſal.*

Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.

61 Licet ergo aliqui *ſuparos* pro velis linteis navium aſſumant, improprie tamen loquuntur: quamvis enim *ſuparum* velaminis etiam ſpecies dicatur ex *Donat. in Terenſ.* & ex *Apuleio de aſin. aur. lib.* 1. attamen linteamenta navis ad id inſerviunt, ut ventorum vi impellantur rates, celeriuſquè per freta decurrant, non tamen ut cooperiatur corpus, vel ipſa navis.

62 Verùm nihilominus eſt, quod *Ulpianus* propoſuit; ſubjunxit enim pallium communem fuiſſe veſtem, quod & probant *Bayſius cap.* 13. *lexicon Calvini verb. pallium*; quia tamen palliolis frequentiús utebantur viri, palliola inter viriles propoſuit: ait enim *Tacitus* 3. *ann. Promiſcuas viris & fœminis veſtes, frequenter tamèn palliolis viri utebantur.* Vel dic cum impio *Hofeman in lexicon univerſal. verbo Palliolatæ tunicæ* quod viri tegendo capiti palliolis in morbo utebantur ex *Ovidio de arte amand.* *Palliolis frequentius utebantur viri.*

Sæpe fac ægrotum ſimules, nec turpe putaris
Palliolum nitidis impoſuiſſe comis.

63 Veſtimenta *ſtragulæ*, de quibus Ulpianus, quid ſint non aperiit *Bayſius*: de illis tamèn paſſim in jure fit mentio, prout *in leg. cum tunicam dig. de aur. & argent. legat. in leg. quæſitum* §. *Sed ſi fundus dig. de fundo inſtruct. & in leg. inſtractum dig. de verb. S. ubi Alciatus, Henrig. de molendin. q.* 12 *n.* 4. *Stragula quid eſſet exponitur.*

Cicero

Cicero 4. *in Verrem* de ſtragulis agit; ubi *Aſcolius Pedianus* eam dixit eſſe veſtem pictam. Sed quod potiùs muliebris, dicenda videtur ex illo *Virgilii* 4. *Æneidos* de Didone loquentis:

Stratiſque relictis incubat:

Idem ex *Divo Hieronimo* tenet *lexicon Calvin. verbo* 64
ſtragula. Magis urget illud,quod *Laurentius Valla in lib. elegantiar.* ait; *nuſquàm ſcilicet apud Latinos ſtragula pro indumento accipi.* Quod placuit *Octavio Ferrario in analectis de re veſtiaria cap.* 14. *verſ. futile;* quaſi ſtragula pro tapetis, & aulæis, accipienda eſſent juxta illud *Martialis lib.* 14. *eprigram.* 147.

Stragula purpureis lucent villoſa tapetis.

Quem locum pro quadam veſte purpurea; quâ lecti, & pulvini in lectica inſternabantur, accipit *Ferrarius* ubi proxime.

Aſt pro noſtro Ulpiano dicendum exiſti- 65
mo, *ſtragulam*, veſtimentū dictum ſivè propriè, ſivè minùs proprie, ſicut *Cauſabonus* relatus à *Ferrario* voluit; comprobarunt & ex *Iſidor. ethymol. lib.* 19 *c.*26. *lexicon Calvin.* & *Gadeus in L. inſtrastum de verbor. S.* quod quidem veſtimentum pallio ſimilem, & ad ſimilitudinem Græcorum cenſerat non invitus idem *Ferrarius de re veſtiaria* 2. *p. lib.*4. *c.*3. veſtemquè virilem fuiſſe, ſuaderi videtur ex loco *Livii*, qui *lib.* 4. *de lege opia* tractans ait: *& cùm tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti.*

Quid autèm virilis veſtis *amphitapa* fuiſſet 66

apud

apud *Ulpianum*, videamus. Veſtem villoſam fuiſſe recté tradit *Bayſius cap.* 14. cui libentér acquieſcunt omnes. Advertendum tamén verbú illud *amphitapa* libentér etiàm adſcriptum: nam in vetuſtioribus codicibus legebatur *anticapa*, vel *anſitapa*, ſivè *anſitaria*: quid tamèn hoc eſſet, nemo eſt, qui ſciat: ſequé neſcire fatetur ingenué, virille *Bayſius* antiquitatum in hac re diſertiſſimus.

De veſte, quam Ulpianus amphitapā dicit.

67

Saga autém meritò ab *Ulpiano* veſtes dicta viriles, quia militum erant; idem *Bayſius cap.* 15.

Agitur ex hinc de ſago.

68 Indé *Tulius* ait: *itur ad ſaga*; ipſoque teſte, ſumi ſolebant in bello. Veſtis quodam erat genus, quod armis ſuperinduebatur *Roſinus lib.* 5. *c.* 31. Unde aliquæ gentes, *litera G.* ſublata, vocant *Saum*, vel *ſayon*, prout teſtatur *Bayſius*; quod impropriè & corrupté luſitani vocitant muliebrem veſtem; luſitani enim vel primi, ut teſtatur *ſtrabo in* 3. utebantur ſagis, quibus operiebant captivos

69 *Sagum* qué idem ac *Chlamydem*, veſtimentum militare, quod tunicæ, loricæ, ac reliquæ armaturæ imponebatur apud Græcos, ex *Plauto*, & aliis edocet *Octavius Ferrarius de re veſtiaria lib.* 3. *cap.* 1. & *cap.* 3. 2. *p.* & *cap.* 8. & *ſeqq.* ubi diverſimodas ſagi ſpecies, & picturas oſtendit; multaqué ex *Livio*, & *Suetonio* adducit. Putarem ego Ulpianum noſtrum hùc

70 ſolùm non reſpexiſſe; ſagum enim, ut ipſe *Ferrarius* non inficiatur *cap.* 7. non tantúm pro veſte militari, ſed & pro quòvis tegumento

Ulpiani ſenſus aperitur.

uſur-

uſurpatum, ut notavit *Cauſabonus* de *Lutii veri* equo, quem ſagis fucto tinctis coopertum in Teberianam ad ſe adduci jubebat. Proprié tamen loquendo ſagum veſtis militaris erat, qua dignoſcebatur miles à pagano *Marquadus de ſuſannis in tract. de Judæis* 1. *p. cap.* 4. *á num.* 8. Non ea tamen, ut diximus, extra caſtra, ſed tantúm in bello utebantur milites. Unde juſta fuit ignorantia de qua *text. in L. ſignorans* 52. *dig. locati* ubi ignorans, qui militi, quaſi pagano prædium locaverat, exigere militem poteſt, propter juſtam ingnorantiam; eo quod extra caſtra ſago milites non utebantur, cum *Bartol.* & aliis *Pacion. de locat. c.* 10. *n.* 16. quod & ſentire videtur *Henrig. de molendin. q.* 12 *n.* 16.

Exponitur L. ſi ignorans 52. dig. locati.

Quod ut percipias, ſcire oportet, prohibitum eſſe militibus alienas domos, aut poſſeſſiones conducere, nè à ſignis, & numeris ſuis avocentur, pænâ ſtatutâ privationis prædii adverſus ipſos dominos locantes; ac aliis pænis tàm contra dominos, quàm milites decretis in *Novel.* 16. de qua prohibitione expreſſæ ſunt *L. milites, & L. fin. Cod. de locato, Peres ad illum tit. n.* 5. *Bruneman. in d. L. milites, Molina de juſtit. & jure tr.* 2. *diſp.* 488. *Pacion. de locat. d. c.* 10. *n.* 15. ab illa autem pæna excuſari, qui militi quaſi pagano ignorans locavit, decidit conſultus *in d. L.* 52.

Aliqua notātur circa L. qui cum alio 19. dig. de reg. jur.

Non levis autem ſuboritur difficultas, quam movet doctus *Carocc. de locat tit. de locat. incert. ſivè per error. n.* 5. ex *L. qui cum alio contrahit dig. de reg. jur.* ubi

ubi habetur, quòd contrahens cum aliquo tenetur inquirere qualitatẽ ejus perſonæ, cum qua contrahit; de qua regula, & ejuſdem ampliationibus, ac limitationibus maximè videndi *Caſtilho lib.* 4. *contr. cap.* 42. *á n.* 38. *Hermoſilha in L.* 28. *gloſ.* 1. *á n.* 21. *tit.* 5. *p.* 5. *Giurba obſerv.* 112. *n.* 25. Nequè dicas regulam *dict. leg. qui cum alio* procedere tantùm reſpectu perſonæ, videlicet an ſit liber, vel ſervus; inpos, vel dives; minor, vel maior; ſui, vel alieni juris: ſecús autem quo ad artem, munus, vel officium, *Niger de laudem. tom.* 2. *q.* 24. *n.* 17. *Hermoſilha ubi ſuprá n.* 31. *Caroc. de ceſſion.* 1. *p. q.* 10. *á n.* 48. *uſque ad n.* 57. *Carleval de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 245. ubi adducit illud *Tobiæ* 5. *n.* 17. *Genus quæris mercenarii, an ipſum mercenarium?* Contraria namque verior longe eſt ſententia, quam præcæteris amplectunt *Salgado in labar. creditor.* 1. *p. cap.* 38. *n.* 38. *& c.* 26. *ex n.* 19. *&* 2. *p. c.* 4. *ex n.* 104. *& c.* 9. *n.* 120. *& ex n.* 129. *Olea de ceſſion. jur. tit.* 1. *q.* 1. *n.* 44.

Quarè vel dicendum eſt textum in *d. L. ſi ignorans* procedere quando miles paganus fuit creditus non vana ſimplicitate, ſed quia publicè talis pleriſque videbatur; & ſic agebat: quo in caſu ex juſtiſſimo errore facti ceſſat *d. L. qui cum alio*, ut ibidem tenet *Sande* argumento *L. ſi quis* 3. *dig. ad Senat. Conſ. Macedon. L.* 2. §. *ſi á pupillo* 15. *dig. pro emptor. L. Barbarius Philippus* 3. *dig. de offic. prætor.* Vel etiam dici poteſt, quód miles excipiendo de perſona, ac conditione

ſua nè penſiones ſolvat, lucrum affectat, & nõ damnum declinat; in quo etiam caſu ceſſat *d. L. qui cum alio*, ut tenet ipſe *Sande* ex *L. quod infans* 60. *dig. de reivindic. L. pupillo* 15. *in fin. dig. de ſolut. § at ex contrario verſ. ſin autem inſt. quibus alienare licet.* Vel tandèm dic cum *Paciono d.c.* 10. *n.* 17. qui ex mente aliorum ait, ignorantiam *in d. L.* 52. à pænatantùm excuſare, non autèm operari, ut locatio abſolutè ſubſiſtat ad quoſcumque alios effectus, ut ſentire viſus eſt *Carocc. ubi ſuprá.* Quæres autem cur in prædicta lege ſupponatur, ſemotâ ignorantiâ, militem conducere non poſſe, cùm ſolùm noviori jure cautum hoc fuerit? Si *Triboniano* nil in hoc imputare velis, ut paſſim plures imputant juxta dicenda *n.* 1[illegible]; dic ex hac ipſa lege nullitatem deduci; cæteras autem pænas poſterioribus conſtitutionibus adauctas fuiſſe : vel meliora cogita.

Incipit diſceptatio de toga.

Sed jam à ſago ad togam perveniamus; 71
nam & ſi aliquandò a toga ad ſagum tranſierunt Romani; id fatorum accidit invidiâ: populus enim Romanus, Quiritum ſimul libertatem (ut alter dixit) exuit, & togam; eodemque tempore, & rerum Dominus, & togatus eſſe deſiit, urbis periculo perpetuò ad ſaga tranſiens. Toga a tegendo dicta, ut aiunt *Pomponius in leg.* 180. *dig. de verb. S. Varro de ling. lat. &* *Perſius ſatyr.* 5. eò quód velamento ſuo corpus tegat, atque operiat. Ex quo perſuadetur verum,

rum, quod ſcribentes perhibent, togam ſci-
licet ipſis Quiritibus longè vetuſtiorem apud *Toga Quiritibus vetuſtior.*
72 *Octavium de re veſtiaria lib.* 1. *cap.* 1. nàm circum-
meaſſe à Pelagis ad Lydos, à Lydis ad Roma-
nos author eſt *Tertullian.* de pallio, ſecutus à
*Septim. Flor. & Calvino in lexicon verbo toga, Octavio
ubi proximè, Theatr. vit. human. tom.* 5. *verb. Mechanica
pag.* 366. cum *Suida Artemider. lib.* 2. *cap.* 3. *Bayſio de
re veſtiar. cap.* 9. Illius originem à Temeno Ar- *Togæ origo.*
cade ducunt, qui ad Jonii maris accolas navi-
gans, primus eo modo chlamydem induit, á
73 quo indigenæ edocti, eâdem ratione habitum
ſuum compoſuere; veſtemque Tebennam,
corrupta voce á Temeno, appellarunt: opti-
mè *Ferrar. lib.* 1. *cap.* 1: omnia cummulat de-
more impius *Hofeman in lexicon univerſali* verbo
Toga.

Ab hoc igitur Temeno Arcade mox togam
dixere. Quæ quidem propria Romanorum,
tempore pacis, veſtis fuit; amictus exterior,
74 *Retes de interdict. & relegatis lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 49. &
alii plures in noſtro diſcurſu citandi. Togam *Togæ deſcriptio.*
Tertullianus de pallio cap. 5. ſic deſcribit: *adeò nec ar-
tifice neceſſe eſt, qui pridiè rugas ab exordio formet & indè
deducat in tilias, totumque contracti umbonis figmentum
cuſtodibus forpicibus aſſignet, de hinc diluculò, tunica priùs
cingulo correpta, quàm præſtabat moderatiorem texuiſſe;
recognito rurſùs umbone, & ſi quid exorbitavit reforma-
to, partem quidem de lævo promittat, ambitum verò ejus
ex quo ſinus naſcitur iam deficientibus tabulis retrahat á*

ſcapulis, & excluſa dextera in lævam ad hùc congerat cum alio pari tabulato in tergo devoto, atquè ita hominem ſarcina veſtiat. Verius tamen eſt quod in deſcribenda toga, ipſiuſque geſtamine delirant ſcribentes, Romanarumque antiquitatum etiam diligentiſſimi; ut videre eſt apud *Octavium Ferrarium de re veſtiar. lib.* I. *c.* I.

Omniū civium toga cō-munis.

Et ſi *Ulpianus* inter viriles veſtes primò togam referat; indubitatum tamen eſt, priſcis 75
temporibus, Romæ, omnium ordinum, omnis ſexus, ætatiſque geſtamen fuiſſe: teſtes exhibeo *Servium Honoratum ad Virgilium lib.* I. *Æneidos verſ.* 286. *Laber. Mim. in Ephaſ. Macobr. lib.* 6. *Tertullian. de pallio cap.* 4. *Varron. de vita Popai, & Nonium c.*14. qui ex *M. Varr. lib.* I. *de vit. Populi Romani* ſic ait: *ante enim fuit commune veſtimentum toga, & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile. Saturnal. cap.* 5. dicentem: *licentiam, ac libidinem ut togam togatæ ſtirpis*: & iterum: *id circò ope noſtra dilatatum eſt dominium togatæ gentis*: juvat & illud *Martial. lib.* II. *epigram.* 57.

Et brevis, atquè eadem nocte, diequè toga.

Et aliud:

Manè, vel á media nocte togatus ero.

Hoc idem ſignificat *Virgilius* dum de populo 76
Romano ait: *gentemque togatam.* Cùm gens omnem ſexum, & conditionem comprehendat, ut poſt plurimos adnotavit *Tiraquel. in L.*3. *Connub. pag.* 85. Toga tamén umbonis inſtar, virilis fuit veſtis [de qua forſitàn *Ulpianus* loquitur] ut

Toga umbonis inſtar virilis fuit.

ut ex *Cicerone Philipp.* 2. probat *Dempſter. in Paralipomen. ad cap.* 32. *lib.*5. *Roſini pag.* 573. *circa finem*: nec alitér defendi poſſe *Ulpianum* contra tot aperta loca exiſtimo; cúm indubié togam cõmunem veſtem, omnes de veſtiaria re ſcribẽtes pro certo referant: adeó ut etiam mulieribus inhoneſtis communis fuerit, *Horatius lib.* 1. *Satyr.* 2.

quid inter
Eſt, in matrona, ancilla pecces vé togata?

Martial. lib. 2. *epigram.* 39.

Viſdare, quæ meruit munera? mitte togam.

77 Né tamén te inturbet opinio, ab ignominia aliquandó togam non ereptam; ſcire oportet diſcrimen fuiſſe togarum inter cives Romanos, non ſolúm inter mares, & fæminas; ſed etiam inter honeſtas, & libidinoſas: *Aſcanium Pædianum in* 3. *pro ſcauro ad Verrinam* exhibeo ita loquentem: *Eripes tu igitur puellæ togam prætextam? Toga communis eſt habitus, fuit & marium, & fæminarum; ſed prætexta honeſtiorum; toga viliorum.* Hoc idem agnovit *Tertullianus in Apolog. c.* 6 dum, *infeliciſſimæ*, ait, *libidinem victimæ ab matronis cultu diſ-*

Diſcrimen togæ inter fæminas.

78 *tinguntur.* Non me latet locum illum *Aſconii* non levem pati difficultatem in eo, quod circa homines refert. Quod tamèn de mulieribus tradit, indubium eſt; cúm tempore, quo toga communis utrique ſexui erat, honeſtiores matronæ in toga prætexta incedebant, *Octavius Ferrarius lib.* 1. *de re veſtiaria c.* 25. *verſ. hoc quidem*:

Fæminæ honeſtiores prætexta utebantur.

quidem: cui tamén numquam acquieſcere potui, dum putat, poſt depoſitam à matronis togam, temporum mutatione etiam quæſtuarias togâ uſas eſſe, ex loco *Manutii*; cùm ex eodem loci doceamur viliorum togam non ean- 79
dem eſſe. Eâdemque tempeſtate, & in ſacrificiis honeſtæ fœminæ toga utebantur, prout tradidit *Feſtus in verb. Armata.*

Ancillis aliquãdo prætexta conceſſa.

Nec togæ etiam minuit dignitatem, quod 80
aliquandò ancillis prætextâ uti licebat; ſcilicet *nonis Juliis*: quia id potiùs ab ſpeciali magnam commendat dignitatem, cúm in magnæ victoriæ partæ præmium datum ſit: nam ut ex *Ariſtid. Mileſ.* narrat *Plutarch. in parallelis*, Antepomarus Gallorum rex adverſùs Romanos bellum cúm gereret, edixit, tunc belli finem fore, cúm uxores, & filias Romani fruendas darent. Ancillarum induſtrîa illuſa fuit barbarorum procacitas; miſſæ enim in veſte matronali, & puellarum nubiliũ, barbaris ſomno, 81
ac mero victis, aſcenſa caprificu, ſignum dederunt invadendi hoſtes, quibus profligatis, dies inſtitutus feſtus ancillarum, *Nonæ* ſcilicet *Juliæ*, quibus ancillis conceſſum, ut in veſte libera, & prætexta toga, quæ puellarum erat, incederent. Juxta quæ intelligendus obſcu- 82
rus *Ovidii* locus *lib. ſecundo de arte amandi*:

Ovidii loco lux præſtita.

Porrige & ancillæ, quæ pœnas luce pependit.
Luſa maritali gallica veſte manus.

Civis itaqué Romani proprium geſtamen 83
erat

erat toga, quod ignoraſſe neminem ait *Ferrarius lib.* 1. *de re veſtiar. cap.* 1. & tenet *Bayſius cap.* 9. & probatur in *leg. ſed ſi accepto* 32. *dig. de jur. fiſci,* quod latius exornandum infra *num.* 87. & 97. *Toga propriũ Romanorum inſigne.*

Tantæqué authoritatis apud primores urbis toga erat, ut nec alitér incedere eis permiſſũ. *Togæ authoritas, ac dignitas.* Undè verecunda fuit *Tiberii* fuga, abjectâ to-
84 gâ; & excuſabilis illa indignabundi Auguſti acclamantis vocitatio: *En Romanos rerum dominos, gentemque togatam,* cum ſine toga afluentem populum inſpiceret. Et juxta *Tacit. in vita Agricolæ. Inde etiam habitus noſtri honor, & frequens toga.* Meritòque, & habita fuit toga pro pacis [rerum optimæ,] artibus, cúm ex *Lentull. ad Tullium*
85 ſit tuta toga omnium artium felicior. Quid enim foris proſunt arma, ſi togæ domi abſint? Indè eam laudans, quàmvis in ore proprio, dixit meritò idem *Tullius in Piſonem: non dixit hanc togam, qua ſum amictus, nec arma, ſcutum, & gladium unius Imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne, & otii toga.* Hoc idem eſt, quod *Martial.* ad loricam *Domitiani* dixerat: *Toga triumphalis.*

I comes, & magnos illæſa merere triumphos.
Palmataquè ducem, ſed citò, redde togæ.

86 Sed & antiquitus Romani licet in bello, belliquè expeditione ſagum induerent, non tamen deponebant togam *Plutarcho* ſi credimus *in Coriolano,* imo induta toga teſtamentum condebant in procinctu; nequè abſque, ni fallor, ratione: nàm cum lege decem virali *Romani in expeditione, togam ut teſtamentum facerẽt aſſumebant.*

civibus

civibus Romanis data eſſet teſtandi facultas; indecorum eſſet, togam ex quâ civis Romanus quiſquam cognoſcebatur, dimittere in ipſo teſtandi actu, cum ipſæ togæ, hoc eſt civilitati datum eſſet teſtari: alienumquè videretur ipſam abjicere veſtem, per quam privilegium aſſecutum erat. Illud referam de Xiſto 87

Memoratur reſponſum Xiſti V. Pontificis.

5. Pontifice Maximo (qui teſte *Alexandro Donato de urbe Roma lib.* 4. *cap.* 12. brevi pontificatu, tanta molitus, ut novam urbem comprehendiſſe videretur) Seraphicæ familiæ alumno; qui cúm ex eâdem familiâ ſibi addictũ quemdam creaſſet, & ad cardinalatum eveheret: is

Cardinales regulares purpureo nõ incedũt colore.

ægrè ferens, quòd non purpureo incederet colore, ac purpureo tantum utatur pileo, moris ut eſt apud regulares ad Cardinalitiæ ſupremæ dignitatis erectos *Paulus Fuſc. de viſit. lib.*2. *cap.*15. *n.*27. *&* 50. *Graſſis in aur. dec. p.*2. *lib.*3. *cap.* 18. *num.* 89. *Soſa in libel. de obligat. epiſcopor. regu-* 88

Innocẽtius IV. & Bonifacius VIII. tuxa magis cõmunẽ, decreverunt ab Eminentiſſimis purpurei coloris deferendas veſtes.

lar. num. 43. *Sot. de juſt. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 7. *Redoanus de ſpol. eccleſ. q.* 8. *ſub n.*23. *Barb. de jur. eccleſ.* 1. *p. lib.* 1. *cap.*4. *n.* 86] deſideravit quod purpureus color, quem Emminentiſſimis Cardinalibus communem effecerant Innocentius IV. & Bonifacius VIII. ut in iſtiûs vitâ dixit *Ciacconius*, *&* *Hieronimus Alban. de Card q.*8. [quamvis alii alitèr ſentiant, de quo conſulendi *Sabellius Enn.* 9. *lib.* 6. *Aſor tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 18. *Theophilus Raynaldus de pileo ſect.* 13.] & noviſſimè *Gregorius á Merzenfeldt Benedictinus in introductione ad jus publicũ Romano-*

Romano Eccleſiaſtic. diſſert. 5. §. 2. *num.* 6. *& ſequentib.*
qui totâ *diſſert.* 5. *ſect.* 1. omnia fermè de Cardi-
nalitia dignitate attingit; & *pag.* 232 meminit
fauſtæ creationis cődignè collatæ die 18. Maii
anno 1712 Eminentiſſimo Domino meo
Cardinali de Cunha de Attayde; regularibus,
inquam, deſideravit, quòd æque purpureus
color permitteretur. Pontifex hæc cùm reſci-
vit, abjecta pontificali veſte, habitum Sera-
phici reaſſumpſit; quam rem videns Cardina-
lis miratus eſt valdè: Xiſtus autém, nè mireris,
inquit, cur hunc habitum tanti faciam; illo
89 enim nuſquàm ſi indutus eſſem, ad Pontifi-
ciam certé non veherer dignitatem: cùr ergò,
eum, cui tanti debitor ſum, deſpiciam? Do-
ctrinam obſervavit Xiſtus *Iſaiæ c.* 51. dicentis:
Attendite ad petram, unde exciſi eſtis. Viriathus in eo
habitu, quo primúm bellare cæpit, perſevera-
vit, perhibente *Juſtino lib.* 44 *hiſtor. c.* 2. Cæleſ-
tinus Pontificatum renuncians rediit ad ere-
mum, & in habitu monachi uſqué ad mor-
tem vixit, *Paſſerin. á Sextul. in c.* 1. *de renunciat. lib.*
6. *n.* 13. quamvis verius ſit Pontificatum re-
nunciantem ad monaſterium redire non ad-
ſtringi, *Paſſerin. ubi proximè, Fermoſin. in cap. lectæ q.*
4. *n.* 16. *de renunciat. Barboſ. de jur. eccleſ. lib.* 1. *c.* 2 *n.*
211. quod idem de Epiſcopis affirmat *Paſſerin.*
ſuprá, & in tract. de ſtat. religioſ. tom. 1. *q.* 185. *art.* 8.
num. 268.
90 Tanti igitur, ut dixi, Romani fecerunt to-

Civibus Romanis tantūmodo datum erat jus togæ.

gam, ut Auguſtus, & Claudius edicerent neminem, niſi civem Romanum, jus togam geſtandi habere. Quod olim Græcis enixiús prohibitum: veré quidem indicium non leve gravitatis togæ. Undé *Valerius Maximus lib.* 11. *c.* 2. inter cætera Romanæ gravitatis indicia

Romanis interdictū fuit extera loqui lingua.

illud ponit, quód Græcis nunquàm, niſi lati-
né, reſponſa darent: imò eoſdem etiam in ipſa 91
Græcia per interpretem loqui cogerent: quó
ſcilicet patriæ vocis honos per omnes gentes
venerabilior diffunderetur. Nec illis, inquit,
deerant ſtudia doctrinæ; ſed nulla non in re
pallium togæ ſubjici debere, arbitrabantur.

Patriæ linguæ cæteræ poſtponendæ.

Ex quo obitér irridendi veniunt, qui patriū
ſermonem deſpicientes, alienis erudiri lin- 92
guis odio exoptant propriæ; cúm potiús quiſ-
quàm intra vires eam diffundere oporteret,
patriæ honorem protendens; prout diffuſam,
& jam univerſalem ſuam effecerunt Galli;
quæ tamèn origine ſua meritò in nihilo habi-

De initio linguæ, quam Galli loquuntur.

ta, cum à corruptis verbis latinis, & Teutoni-
cis deducatur, ut videre eſt apud diſertiſſimū
Uvolfang. Laſium Comment. reipubl. Roman. lib. 1.
cap. 9. *circa finem*; & ex noſtris videndus erudi- 93
tus *Emmanuel Faria ſeverim diſcur.* 2. ubi luſi-
tanam antecellens linguam, Gallorum con-
futat ex abundantia vocalium literarum. Indè
meritó, dignéque Tiberii laudatum præcep-
ſum fuit: reſpondendum latiné eſſe etiam à
militibus, *Valerius Maximus lib.* 2. *cap.* 2. *Salſed.*

de

de leg. polit. lib. 2. *c.* 15. *n.* 53. Notandus & eſt *text.*
in L. decreta 48. *digeſt. de rejudic.* de cujus concilia-
tione cum *L. cum judices* 12. *Cod. de ſentent. & inter-*
locut. videndus remiſſivè *Solorzan.* qui *tom.* 2. *libr.*
1. *cap.* 25. *n.* 50. *Accurſ. Cujac. Donel.* & alios plu-
rimos adducit; & ad intentum videndus *á n.*
49. & *in epiſtol. dedicator. politic. Ind. lit. K. L. & M.*
Inde plures nationes publicis legibus cave-
runt, ut materno idiomate omnia ſcriberẽtur;
prout de Germanis refert *Cyriar. in chron. Saxon.*
cap. 264. *Heigius q.* 7. *á n.* 63. de Gallis *Valerius de le-*
gato cap. 10. *Henrig. de fidejuſſ. cap.* 11. *n.* 134. de Hiſ-
panis *Caſtillo in hiſtor. Alphonſi* 10, noſter *Maris dia-*
94 *log.* 3. Utile tamén, imó utiliſſimũ quod non
deſint ſtudia linguarum; fuit enim in prover-
bio apud aliquos, tot homini animas, tot cor-
da ineſſe, quot loqueretur idiomata, *Gellius noct.*
attic. lib. 17. *cap.* 17. Plurimas in hoc commen-
dat laudes, ac utilitates proſequitur nimis eru-
ditus *Salſedo de nutriendo Principe c.* 19. & viden-
dus *Solorſan. dicto cap.* 25.

Laudãtur ſtudia linguarum, maxime in Principe.

95 Gravitatem illam Romanorũ in non ſubji-
cienda toga pallio (cum potiùs juxta Tullium
etiam arma cedere togæ oporteret) Invictus
Rex noſter Sereniſſimus Petrus ſecundus
imitatus eſt, abolendum cùm juſſit irrationa-
bilem uſum, cui nixi palliati præferre ſolebãt
digniſſimis togatis apud Tribunal, quod dici-
mus ultramarinum; quaſi ratione careret,
quod honori detraheret, quod honoris inſigne

Abuſus abolitus per Sereniſſimum Regem Petrum 2. circa palliatorum præcedentiam in tribunalibus.

eſt. Romanos gloria ſua oblitos, cúm togam
exuiſſent, ægré tullit Auguſtus, dicente *Sueto-* 96
Indignatio Auguſti adverſus pullatorum turbam.
nio c. 40. in Octavio: Etiam habitum, veſtitumque priſ-
tinum reducere ſtatuit: ac viſa quondam pro concione pul-
latorum turba indignabundus clamitans, En, ait, Roma-
nos rerum Dominos, gentemque togatam. Negotium adi-
libus dedit, nè quem poſt hac, paterentur in foro, circò vè
niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere: de quo etiam
teſtatur *Gothofred. in leg.* 1. *Cod. Theodoſ. de habitu,*
Togam honeſtiores omni tempore induerunt.
quo uti oportet intra urbem. Tempore tamèn exutæ
togæ, honeſtiores eam induerunt ſemper, ut
obſervavit *Lipſius ad Suetonium*: propterèa vete- 97
res illi duces notati ſunt, quod aliquandò de-
poſita toga pallium induerent, Scipio in Sici-
lia, Germanius in Ægipto, *Uvolfang. Laſius rei-*
publ. Roman. lib. 8. *cap.* 3. *Livius lib.* 9. *dec.* 3. *Gothofred.*
in L. 32. *dig. de jur. fiſci. Larrea dec.* 9. *n.* 15.

Rabirio objectũ quod pallium haberet.
Ità Rabirio objectum eſt; quod homo con- 98
ſularis ſoccos habuerit, & pallium. *Gellius lib.*
13. *noct. attic. cap.* 21. ſic ait: *Caſtritius cum diſcipulos*
Caſtritij reprehenſio ad diſcipulos.
quoſdam ſuos Senatores vidiſſet die feriato tunicis, & la-
cernis indutos, & gallicis Calciatos: maluiſſem, inquit,
vos togatos eſſe. Ælius Spartianus *in Severo* 7. ait:
habuiſſe omen Imperii cùm rogatus ad cœnã
imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus
venire debebat. Idem *in Hadriano* ait: *diſciplinam*
civilem non alitèr tenuit quám militarem. Senatores, &
Togæ gravitas in ſummo habita.
equites Romanos ſempèr in publico togatos eſſe juſſit, niſi ſi
á ſcena reverterentur. Ipſe cum in Italia eſſet, ſempèr to-
gatus proceſſit: refert ultra plures *Laſius Comment.* 99
reipubl.

*reipubl. Roman. lib.*8. *cap*.3. *n*.50. Crevit adeò gra-
vitas, ac dignitas in toga, ut ad proverbium
tranſijſſet: *Saltantis perſonam in toga inducere*, pro
quidpiam facere neutiquam decorum, *Eraſm.*
*in adag. Theatr. vit. human. tom.*7. *verb. veſtis pag* 841.

100 Cùm igitur toga civis Romani propria, ac
privata eſſet, ut præptèr citatos affirmant *Briſ-*
ſonius 1. *antiquitat. c.* 13. *Vela diſſert.* 35. *n.* 117. *Cu-*
*jacius in L. obſides dig de teſtament. Gothofred. in L.*32.
*dig. de jur. fiſci Oſuald. ad Donel. lib.*2. *c.*16. *lit. C. Hen-*
*rig. de molendinis q.*12. *n.*16. *verſ. Paritèr*, alios tradens
Larrea dec. 9. *n.* 14. & 15. *Harprect. in* §. *ejus qui n.* 5.
inſtitut. quibus non eſt permiſ. facere teſtam. hinc effe-
ctum, quod ille ingens (ſic loquitur *Donelus*
*dict. c.*16.) honos juris civitatis, datus intellige-
retur conceſſo uſu togæ *Oſuald. cit. loc. Peres ad tit.*
Cod. qui teſtam. facere poſſunt n. 11. *Manſius de teſtam.*
Valid. vel inval. tit. 2. *n.* 189. qui probant, id, ex *tex.*
in leg. ſed ſi accepto 32. *dig. de jur. fiſci*, ubi obſides, hoc
101 eſt illi, qui pacis cum hoſte faciendæ, retinen-
dæ, vel reconciliandæ, fideiquè ſervandæ cau-
ſa dâtur, & qui alioquin apud Romanos teſta-
ri non poterant ex *leg. obſides* 11. *dig. de teſtam. Man-*
ſius dict. tit. 2. *n.* 186. *Peres ubi ſupra n.* 11. *Vinnius in*
rubr. inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. n. 1.
102 *Vela diſſert.* 35. *num.* 120. *Harprect. in dict.* §. *ejus qui*
apud hoſtes n. 4. *Portugal de donat. reg. lib.* 2. *c.* 30. *n.* 10.
Deluca ad Gratian. ad cap. 801. *n* 17. *Galindo in Phœnice*
lib. 3. *tit.* 3. §. 2. *gloſ.* 5. *Verde lib.* 2. *lemm.* 12. *ſub. n.*
974. poſſunt tanquàm cives teſtari propter
uſum

Toga civiũ Romanorũ propriũ inſigne.

Conceſſo uſu togæ, conceſſum dicebatur jus civitatis ſecundum quid.

Obſides teſtari non poterant, niſi uſu togæ accepto.

uſum togæ ab Imperatore, & Populo Roma-
no conceſſum ; quod & notant omnes proxi-
mè adducti, magiſque ſignantèr *Vela num.* 116.
Zoeſius ad tit. dig. qui teſtam. facere poſſunt n. 9. *Scalona
de teſtam. lib* 2. *c.* 1. §. 5. *ſub n.* 134. *Collegium Argento-
rat. ad tit. dig. qui teſtam. ſub n.* 7. *Reuſner. de jur. teſta-
ment. p.* 2. *c.* 36. *Oſuald. ad Donel. lib* 6. *c* 5. *lit. F.* ſicut 103
& converſo, jure civitatis dato, uſus utiquè
togæ datus cenſebatur, *Theatr. vit. human. tom.* 5.
verb. inſignium pag. 609. undé *Gallia Togata.* Hiſpa-
nos etiam togatos dixit *Strabo* tranſcriptus per
Solorſan. de jur. Indiar. tom. 2. *libr.* 1. *c.* 25. *n.* 66.

Jure civitatis dato, datus utique togæ uſus cenſebatur.

Aſt togæ dùm uſum laudare conamur, in 104
non levem incidimus difficultatem ; cum ob-
ſidibus aliquandò eum conceſſum fateri co-
gamur ; quòd ſanè indignum cuique videbi-
tur: poteſtati enim hoſtium obſides ſubjicie-
bantur tanquam captivi; proindé ſervi repu-
tati erant, teſtamentumqué tanquàm in po-
teſtate aliena, loco & pignoris addicti facere
non poterant, cùm ea conditione dati eſſent,
ut ſi dator à fide recederet, hoſti poteſtas eſſet
ſæviendi in vitam & illorú corpora, *Harprect.
in dict.* §. *ejus qui apud hoſtes n.* 4. ubi etiam *Pichard.
n.* 17. *Portugal* cúm multis *de donationib. reg. dict. c.*
30. *num.* 10. *Vela dict. diſſert.* 35. *n.* 20. *Pinheiro de teſ-
tam. diſp.* 1. *ſect.* 2. §. 1. *n.* 28. *Senator Guerreiro de di-
viſ. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 75. *Peres ad tit. Cod. qui teſtament.
facere poſſunt n.* 11. *Manſius dict. tit.* 2. *n.* 186. ubi
alios refert, addens non ſolúm in alieno eſſe
imperio,

Obſidũ conditio an ſervilis eſſet diſceptatur.

Digitized by Google

imperio, ſed, & pro ſervis habitos obſides
fuiſſe, *Larrea deciſ.* 9. *n.*66. *& ſequent. Oſuald. dict. lib.*
6. *cap.*5. *lit. F.* ubi *Cujacium & Fabr.* refert. Exem-
105 plo ejus, qui captus apud hoſtes, etiam ſi civis
Romanus fuiſſet, teſtamentum validè non
faciebat, *L. ejus qui* 8. *dig. de teſtament.* §. *ejus qui*
inſtitut. quibus non eſt permiſ. Paulus lib. 5. *ſent. tit.* 4.
de teſtam. §. *qui ab hoſtibus* 8. eó quód ſervus hoſtiũ
eſſet *tex. in* §. *ſervi inſtit. de jur. perſon.* §. *ſi ab hoſtibus inſ-*
titut. quibus mod. jus patria poteſt Solv. ſervus autèm
106 cúm nequè civis Romanus, nequé ſui juris
ſit, imò pro mortuo reputetur, teſtamentum
facere non poteſt *L. filius famil.* 16. *L. ſi filius* 19.
dig. de teſtam. Harprect. qui totũ dicit, *in dict.* §. *ejus*
qui n. 1. *Pegas de competentiis* 2. *p. cap.*98. §. 1. *n.* 10. *&*
11. *Bellonus de jur. accreſcend cap.* 7. *q.* 52. *num.* 5. *&* 6.
latè *Scalona de teſtam. lib.*2. *cap.* 1. §. 2. *Retes lib.*6. *opuſc.*
*cap.*8. *n.* 1. *Zoaſius ad tit. de teſtam. in dig. n.* 8. *Gonſales*
Telles in cap. 1. *ſub n.* 12. *de teſtam. Manſius de teſtam.*
*tit.*2. *n.* 169. *Peres ad tit. Cod. qui teſtam. ſub n.*7. *Cuja-*
cius tract. 2. *ad African. in L.* 107. §. 1. *dig. de legat.*
1. elegantem Plinii locum exponens.

Captus dum apud hoſtes eſt teſtamẽtum facere non poterat.

Servus incapax eſt condendi teſtamẽtum.

Adeò ut né quidẽ miles captus, jure militari
107 teſtari valeret, cúm non minus ſervus eſſet, *L.*
facere 10. *dig. de militari teſtamento*, *Manſius ubi pro-*
ximè num. 170. imó etiam ſi captus rediret teſta-
mentũ non convaleſceret, vel quia, ut *Vinnius*
in dict. § *ejus qui*, ait, poſtliminio regula catonia-
na non vitiatur (in quo ſentire videtur Cato-
nianam regularitér ad inſtitutiones pertinere,
quod

Neque miles captus teſtamẽtum facere poteſt.

quod & dixerat in §. *in extraneis* 4. *n.* 4. *in fin. inſtitut. de hæred. qualit.* quod quidem maximé cõtrovertitur circa intelligendam *L.* 3. *dig. de regul. caton.* quam legem ingeniorum crucem vo- 108

Teſtamentum factum apud hoſtes nõ convaleſcit, ex poſt liminio; & de ratione.

cat *Cujacius lib.* 15. *quæſt. Papiniani in dict. L.* 3. de quare videndi ultra *Cujacium Pichard. in dict.* §. *in extraneis n.* 14. *de hæred. qualit. Sande in lege quod initio* 29. *dig. de regulis jur. Faber lib.* 12. *conject. c.* 19. *Donel. lib.*8. *c.*13. *lit. E. & ibidem Oſuald. Cheſius ſelectar. lib.* 1. *cap.*33. *Oros de apicib. jur. lib.* 1. *cap.*9 *Conimbricenſis præceptor Vincentius Correa in Scholiis ad tit. dig. de regul. catoniana*) vel quia ex regula juris antiqui inſtitutio à principio nulla non convaleſcebat *L. penult. dig. de regulis juris*, ut utramque rationem complectunt *Retes dict. cap.* 8. *n.* 1. *in fin. lib.*6. *opuſc. Pichard. in dict.* §. *ejus qui n.*4. *Manſius dict. tit.*2. *n.*171. vel etiam quia poſtliminium non pertinet ad ea, quæ apud hoſtes nata, & geſta ſunt *L.* 1. *Cod. de poſt liminio reverſis*, *Manſius ubi proximè n.*172. Vel tandem, quia tempus captivitatis deletur perfictionem poſtliminii, tanquàm ſi non fuiſſet in rerum natura, vel mortuus illo tempore jam eſſet teſtator *tex. in leg. retrò* 16. *dig. de captivis & poſtliminio reverſ. cum concord.* quam probat, & fundat rationem *Scalona lib* 2. *c.*1. § 2. *n.*65. quod idem fermè voluit *Faber. in juriſprudentia tit.*11. *principio* 7. *illat.* 10. Qua-

nostri cancelli

rum utrà præſtantior, noſtri cancelli diſputare impediunt: ſempér tamén ſubſiſtit, apud hoſtes exiſtentem, tanquàm ſervum teſtari

non

non poſſe, nec teſtamentum captivitatis tempore factum, convaleſcere, etiam ſi redierit.

Codicilli in captivitate facti aliquando validi.

109 Quod tamén ſingulariter ex æquitate limi-
tari ſolet in codicillis, ſi ad teſtamentum an-
tea in civitate conditum referantur, *tex. in L.*
in bello 12. §. *Codicilli dig. de captivis, & poſtliminio re-*
verſ. Valent. illuſtr. lib. 3. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. *Man-*
ſius de teſtam. tit. 2. *num.* 177. *Scalona dict.* §. 2. *n.* 66.
Pichard. in dict. §. *ejuſqui apud hoſtes ex n.* 5. ubi etiam
Vinnius n. 1. *Pegas de competent.* 2. *p. cap.* 98. §. 1. *per*
totum, qui *n.* 25. hûc poſtliminium non perti-
nere dixit; *Beſt de ratione emendandi leges cap.* 25. *Re-*
tes opuſcul. lib. 6. *cap.* 8. *n.* 5. qui tamen ex nova vo-
luntate ſubſtinendos codicillos novitèr de-
fendit: qui & omnes, inter quos plurimi Co-
nimbricenſes, meritò *Fabrum* refellunt, quia
in *juriſprudentia tit.* 11. *princip. octavo illat.* 10.
Triboniani manum agnoverat. Prout etiam
limitari ſolet in caſu factionis paſſivæ; captus

Captus ab hoſtibus validè hæres inſtituitur.

110 enim apud hoſtes inſtitui hæres in civitate
proptèr ſpem poſtliminii citrà dubium poteſt,
L. illa inſtitutio §. 1. *dig. de hæredibus inſtituend. Pegas de*
competent. 2. *p. cap.* 98. §. 1. *n.* 42. & §. 2. *n.* 13. *Creſpo*
obſervat. 97. *num.* 23. & 24. ſi tamèn apud hoſtes
decedat, tunc pro non ſcripta habenda erat il-
lius inſtitutio *L. ſi eo* 4. *dig. de his, quæ pro non ſcript.*
Creſpo ubi proximè n. 13. Quod tamen ſuam habet
difficultatem: nàm ſicut in activa, ita & in
paſſiva requiritur capacitas tempore inſtitu-

De differentiæ ratione inter activã, & paſſivam factionem.

111 tionis §. *in extraneis*, ubi *DD. inſtitut. de hæredum*

qualit. & different. L. ſi alienum §. 1. *dig. de hæredibus inſtituend. Manſius de teſtam. valid. tit.* 6. *q.* 9. Si autèm tempore inſtitutionis captus, hoſtium ſervus erat, potiùs videbatur dicendum inſtitutionem ſubſtineri non poſſe; eò maximé quia, vel ex catoniana regula, vel ex regula juris antiqui, inſtitutio puré facta, ſi ab initio nullitate laboret, tractu temporis nuſquàm convaleſcit. Augetur, & difficultas quia, ut jam diximus cum *Fabro*, & *Scalona*, quibus addo *Pegas de competent. dict.* §. 1. *num.* 25. tempus captivitatis quoad poſtliminium à memoria hominum deletur, & tanquàm extrà mundum habetur: plané inſtitutio vel mortui, vel non exiſtentis 112
ſubſtineri nequit, *L. ſi & tempore* 4. *dig. de his quæ pro non ſcriptis habentur*, *L. Titius* 6. *cum leg. ſequent. dig. de ſuis, & legit. hæred. L. unic.* §. 1. *Cod. de caduc. tollend.* cum *Cujacio, Fabro, Retes*, & *aliis Chavarri* 2. *p. cap.* 7. *n.* 3. Recurrendum igitur in hoc diſcrimine videtur ad id, quòd ſcilicet, in factione paſſiva nihil agit captus ab hoſtibus; quod ſecùs in activa: ideoqué in paſſiva operatur poſtliminium, quod ad facta extendi non ſolet *L. Denique* 19. *dig. ex quibus cauſis maior. Faber in juriſprudent. Papin. tit.* 11. *principio* 8. *illat.* 10. & maximé non porrigitur (ut excludamus doctrinam *Amay. lib.* 2. *obſervat. cap.* 1. *n.* 8. & 9.) ad ea, quæ apud hoſtes geruntur *L.* 1. *Cod. de poſtliminio reverſis, Manſius dict. tit.* 2. *num.* 172. Tempus autem, 113
quod dicitur captivitatis, de rerum natura tolli,

Inſtitutio non exiſtentis corruit.

tolli,

Digitized by Google

tolli, & mortuum proindé captivum reputari, intelligendum non ſimpliciter, & abſoluté eſt, ſed ſolumodò quo ad ea, quæ ab ipſo captivo geruntur: contra verò quo ad reliqua, quæ in urbe geſta ad ipſius commodum, & utilitatem tendunt; quæ quidem utilitas ad quam poſtliminium reſpicit, potiùs verſatur in inſtituto, quam in inſtituente; is enim nihil acquirit, ſed imó demittit, dum teſtatur. Ità fermè diſcurrit *Faber in rationali ad L. ejuſqui* 8. *dig. de teſ-*
114 *tam.* relatus per *Scalon. dict.* §. 2. *n.* 68. An autem per Novellam *Leonis* 4. derrogatum ſit jus cõmune, poſſitque captivus teſtari? Pete *á Retes lib.* 6. *opuſcul. cap.* 8. *á. n.* 8. *Manſ. de teſtam. tit.* 2. *num.* 179. *& ſeqq. & Vela diſſert.* 35. *n.* 121. *Text. in leg. nõ eſt* 12. *dig. de bonor. poſſeſ.* (ut hoc etiam dicam) intelligendus eſt de bonorum poſſeſſione ab inteſtato delata; quidquid alii ſomnient eum referendo ad jus togæ conceſſum in terminis *dict. leg. ſed ſi accepto dig. de jur. fiſci.*

Tempus captivitatis quomodo inſpiciendum in poſtliminio.

An jure Novellarum captus teſtari poſſit?

Intelligitur L. non eſt 12. digeſt. de bonor. poſſeſ.

Ergó cum obſides ad horum captivorum
115 inſtar, quaſi ſervi hoſtium reputentur, teſtari què nequeant *dict. L. obſides dig. de teſtament.* imò nec ulla habere poſſint bona, *L. Divus Comodus dig. de jur. fiſci Perigrinus de jur. fiſci lib.* 4. *tit.* 3 *num.* 15. *Portugal de donat. lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 9. *Vela diſſert.* 35. *n.* 115. indignum ſanè videbatur his, inquam, hominibus uſum togæ cum civitate Romana concedere. Hoc maximè motus, rectè exiſti-
116 mat *Larrea* obſides nuſquam ſervos reputatos;

Obſides nec bona ſibi adquirũt.

 ait

Obſides ſervos nō fuiſſe verior aſſerit opinio.

ait enim *deciſ.* 9. *n.* 16. Romanos honorum ambitioſiſſimos uſum togæ obſidibus non conceſſuros, ſi in ſervitutis ſtatu cenſerentur; ſed nequé jus civitatis Romanæ, quod uſu togæ dabatur, conſequi poſſent, ſervi ſi eſſent: licét enim alii meritó teneant per uſum togæ, jus civitatis Romanæ minimé concedi, ſed tantùm privilegium ad inſtar civis Romani, per quod fictitii, & nō proprii cives dicerētur Ro-

Per uſum togæ non proprie jus civitatis datum dicebatur.

mani, *Scalona de teſtam. lib.* 2. *cap.* 5. §. 5. *ſub n.* 134. 117
Cujacius in leg. Divus Comodus dig. de jur. fiſci, & ante eos dixerat *Connanus commentar. jur. civilis lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 6. *in fin.* contra opinionem *Manſ. Oſuald. & aliorum*: apud omnes tamén in comperto eſt, libertatem obſides retinere; quod & bené probatur ex ſimilitudine inter captivos, & obſides ſcripta in *dict. leg. Divus Comodus*; cum ſimile non ſit idem, *Carleval de judiciis tit.* 1. *diſput.* 2. *n.* 4. *Vela diſſert.* 36. *n.* 9. & in propoſito diſcurrunt *Scalona ubi ſuprá n.* 123. *Larrea num.* 30. & 61. *Grotius de jur. belli lib.* 3. *cap.* 20. §. 53. *Portugal de donat. dict. cap.* 30. *n.* 8. *Ameſcua de poteſtat. in ſe ipſum lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 9. *idem Vela diſſert.* 35. *n.* 115. Indé

Obſides rerum ſuarum dominiū retinebant.

dominium rerum, quas domi habent retinēt, & tantùm de eis, quæ acquiſierunt dum erant
obſides (dum in obſidatu ait *Ameſcua*, quem 118
Larrea tanquàm barbaré loquutum reprehendit, non advertens ſic etiam loquutum *Accurſium*; niſi tamén & certó diceret *Accurſium* utiqué lapſum, cum ipſiûs tempore lapſa etiam

ad

ad immum lingua eſſet latina juxta *Connanum* acritér invehentem *lib.* 9 *commentar. cap.* 4. *n.* 6. contra noſtrum magiſtrum, quem ipſe in la- *Accurſius hoſpes in lingua latina dictus*
119 tina lingua hoſpitem vocat) diſponere non valebant: quaſi ad fiſcum cogenda eſſent juxta *legem Divus Comodus*; *Larrea* ubi proximé *n.* 61.

Aſt in hoc duplex adhuc inſurgit hæſitatio. Prima, quòd in *dict. leg. Divus Comodus* reſpon- *Agitur de leg. Divus Comodus dig. de jur. fiſc.*
120 ſum fuit, quòd ſicut bona capti ab hoſtibus ad fiſcum tranſibant, ita & bona obſidum; cùm tamèn indubium ſit, captivi bona ad capientem pertinere, minimè veró ad Fiſcum *ex* §. *item ea inſtitut. de rerum diviſ. Creſpo* plura jura cũmulans *obſervat.* 16. *n.* 25. *Marinis ad Reverter. obſervat.* 421. *n.* 2. *Henrig. de molendinis q.* 13. *n.* 14 & 7. *Roccus de officiis rubric.* 16. §. 1. *n.* 28. & *n.* 70. & 71. cum multis *Portugal de donat. regiis lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 45. quod & ex jure divino probat *Caſtillo de tertiis cap.* 41. *n* 91. *Verde ad tit. de rer. diviſ. lemmat.* 34. Secunda in eo verſatur hæſitatio, quód cum *Captivi bona ad capientem pertinent, non tamen indiſtincté.*
obſes ſtatus mutationem non patiatur, iniquũ videtur dominio rerum ſuarum privandum. Sed prima difficultas multiplicitér ceſſat: nàm
121 dúm dicta *lex Divus* ait, bona captivorum ad fiſcum pertinere, vel intelligenda de immobilibus juxta *Cabed.* 2. *p. deciſ.* 88. *n.* 6 *Harprect. in* §. *item ea n.* 3. *inſtitut. de rerum diviſione*, *Morla in Emporio jur. tit.* 12. *q.* 6. *n.* 5. *Portugal ubi ſupra n.* 46. vel intelligenda de captivis publicis *Donelus lib.* 4. *comment. cap.* 21. *Larrea deciſ.* 9. *n.* 61. Intellectum

veró,

verò, quem præſtat *Oſuald. dict. cap.* 21. *lit. E,* à tanto viro alienum puto; ait enim *dict. L.* 31. intelligendam de immobilibus, quæ captus poſſiderat, ac relinquerat apud ſuos; quæ cum ſint apud hoſtes, ait *Oſuald.* ad capientem non pertinere tanquàm extrà comercium. Sed quomodò exiſtentia bona apud hoſtes, apud fiſcum poſſint eſſe Romanum, non aperit *Oſuald.* Qua propter vel intelligenda etiam eſt de bonis cúm captivo in ſimul captis, & à Romanis poſſeſſis, quæ ad fiſcum, & non ad dominum capti, qui bonorum dominus fuerat, pertinebunt. Alitèr, quod nempè capta in bello pertineant ad fiſcum, ſeu imperatorem, 122
ut inde diſtribuantur, tenet *Arouc. in leg.* 4. §. 2. *num.* 2. *dig. de ſtatu homin.* allegans *dictam leg. Divus Comodus,* & latiſſimè de hoc agit nuperrimè *D. Thoma Martines Galindo in Phænice juriſprud. Hiſp. lib.* 3. *tit.* 1. §. 12. & §. 13. *per tot.* aliqua, ſed brevi calamo attingit *Colleg. argentoratenſ. ad tit. ad L. Jul. peculat. n.* 2. *in fine.*

Secunda autem difficultas ceſſat faciliús; 123
L. Divus intelligẽda de obſidibus datis populo Romano.
ſiquidem *dict. L. Divus* procedit in obſidibus populo Romano traditis, ab hoſtibusque datis, ut contra *Fabr.* tenet *Scalona dict. lib.* 2. *cap.* 1. §. 5. *n.* 130. qui quidem obſides dominium retinent ut poté juriſgentium; illud & ſimiliter proindé adquirunt, tanquàm homines liberi: ſi tamén apud Romanos, fide non ſervata decedant, ad fiſcum cogenda illorú, quæ ſecum habebant

habebant bona in pœnam tractæ fidei *Larrea deciſ. 9. n. 62. Portugal. dict. cap. 30. n. 9.* Quod juxta *legem ſeq.* limitabatur, uſus ſi togæ à Romanis
124 foret conceſſus; ſolebant etenim iis, qui obſides multū per temporis apud Romanos erant, uſum togæ, utpotè homini libero, & erga eos benemerito indulgentèr concedere *Connanus lib. 4. comment. cap. 9. poſt n. 7.* Undè cautè legendus *Peres ad tit. Cod. qui teſtam. facere poſſunt num. 11.* quem etiam refert *Manſius dict. tit. 2. n. 189.* dùm
125 ſupponit alium populum non Romanum uſū togæ potuiſſe concedere: quod quidem, nemo eſt tale, qui dixerit; erat quippè Romanorū, ut ſæpé diximus, toga proprium, ac privatum inſigne, quo nullæ aliæ gentes uti poterant, Romano populo invito: quam obrem Cartha-
126 ginenſibus hoc jus datum indulgenter tradit ex *Hoto. Calvin. in lexicon verb. toga*: & coloniam apud Carthaginenſes Alexandriam Comodianam Togatam vocari voluit Comodus Imperator. Quod & aliquibus Hiſpanis conceſſū; ait enim *Strab. Geograph. lib. 3.* quod Celtiberi māſuetis jam imbuti moribus, induti erant cum toga italicam formam habente. Gallias togatas paſſim, & ubique legimus: hoc tamen jus à Romano populo concedi ſolitum erat, ſemper tamen ex magna cauſa. Neceſſariò igitur intelligenda eſt *dict. L. ſed ſi accepto 32.* de obſidibus non à Romanis datis, ſed de abipſis acceptis; qui uſu togæ conceſſo de bonis acquiſitis,

Obſidibus ſi per multum tēporis degebāt apud Romanos haud difficulter uſus togæ cōceſſus.

Impugnatur quædam Peres ſuppoſitio.

Coloniæ togatæ.

Intelligitur L. ſed ſi accepto dig. de jure fiſci. quiſitis, & poſſeſſis ad libitum diſponere poterant ex *Tacito, Donel*, & *aliis Vela diſſert.* 35. *num.* 117. 127

Cur autém obſides teſtamentum condere non poterant, prout traditur in *dict. leg. obſides* 11. non eſt in facili reſolvere. Ego, magis communi, ſed non veriori omiſſa, obſides affirmo 128
Obſides accepti teſtari non poterant, ſecus autem obſides dati. datos à Romanis tanquàm cives, & homines liberos teſtari poſſe, ſecùs autem obſides datos per hoſtes Romanis: hi enim tanquàm hoſtes, peregrini, & non cives teſtari nequibant *L.* 1. *dig. ad leg. Falcidiam, arg. L.* 1. *Cod. de hæredibus inſtituend. Manſius dict. tit.* 2. *n.* 192. *Connanus dict. c.* 6. & de iſtis obſidibus datis loquitur ſic intelligenda *dict. L. obſides*; minimè verò de obſidibus à populo Romano traditis; iniquum enim eſſet, obſides à populo Romano hoſtibus datos, qui potiùs præmio digni erant, cum pro reipublicæ ſalute tanto diſcrimini exponerentur, teſtamenti factione privare *Vela dict. diſſert.* 35. *ex n.* 118. qui ad omnia in contrarium à *Larrea* objecta reſpondet; *Scalona dict.* §. 5. *ex n.* 125. *uſquè ad finem* ubi doctè deliramenta *Fabri* confutat. Fallitur certè *Portugal dict. cap.* 30. *n.* 10. *in fin.* dúm laudat *Scalonam*, quaſi rectè diſtin- 129
xiſſet inter activam teſtamenti factionem, & paſſivam; tale enim apud *Scalonam* non invenitur, ſed apud *Fabrum*, quem meritò ipſe convincit *Scalona*, dúm prædictus *Faber* illud voluit circa obſides datos, quibus uſus togæ con-

conceſſus erat.

130. Sed quia *Larrea*, ut credat obſides datos á Romano populo á civibus Romanis eſſe diſtinctos, maximè movetur ex loco *Taciti lib.* 11. *annal. cap.* 16. quem tranſcripſit *num.* 67. *in fin.* in illis verbis: *illum primum Romæ ortum, nec obſidem, ſed civem ire ad externum imperium*; & huic loco nõ ſatisfacit *Vela*; opus eſt oſtendere verba *Taciti* noſtræ non obſtare reſolutioni. Refert ibidẽ *Tacitus* Cheruſcorum gentem amiſſis per interna bella nobilibus, Regem á Romano populo petiiſſe; & Italum ex ſtirpe Regia Cheruſcorum, (qui in urbe, ubi natus, degebat) ortum ſcilicet ex *Flavio* vel jam cive Romano, Cheruſcis datum: dixiſſeque Auguſtum illũ primúm Romæ ortũ non obſidem, ſed civem ire ad Cheruſcos. Quis autem ſanæ mentis dicet, ex hoc probari cives Romanos in obſides datos, civitatis juris jacturam pati? cùm aperté *Tacitus* de homine loquatur ex Cheruſca gente nato, & á patre ad Romanos ex Cheruſcis, qui adventaverat. Illuſtris, & non ſervus, obſes Antiochus legitur 1. *Machabæor. cap.* 1. *Locus Taciti exponitur.*

131. Illud autem indagandum; cur ſcilicet obſes acceptus, qui civis Romanus non erat, ex ſolo permiſſo togæ uſu teſtari potuiſſet; filius verò familias, qui togâ uti poterat *L. veſtis verſ. Puerilia dig. de aur. leg. filius familias* 19. *dig. de in rem verſo*, *Chavarri in Didaſc.* 2 *p. cap.* 4. *num.* 2. utpote verus *Petitur ratio quare uſus togæ peregrinum reddat teſtabilem, & non filiũ familias.*

I civis

civis Romanus *L. Nám civium 4. dig. de his, qui ſunt*
ſui, vel alieni, ubi *Arouca n. 1. Faber in juriſprud. Papin.*
tit. 8. princip. 1. verſ. Indequè nimirùm; & princip. 6.
per totum, Valent. illuſtr. lib. 1. tract. 2. cap. 8. n. 4. Pi-
chard. in lect. ad tit. de acquirenda hared. cap. 15. num. 35.
Oros de apicib. jur. lib. 1. cap. 5. n. 4. teſtari nihilomi- 132
nus non potuiſſet, *L. qui in poteſtate, L. Filius fam.*
dig. qui teſtam. Marcus Aurel. Galbanus de uſufructu c.
9. & 10. Rubeus de validit. legal. c. 56. á n. 59. Verde lib.
2. lemm. 8. á n. 962. aliique plures citandi proximé:
adeò ut, nec etiam de illis bonis, quorum ple-
num dominium cùm cauſali uſufructu reti-
net, teſtari queat, ut verior, magiſque com-
munis docet ſententia *ex L. pen. Cod. qui teſtamen-*
ta facere poſſunt; non obſtante *Novell. 117. ſub. tit.*
liceat Matri, & aviæ, & arguméto, quod à contra- 133
rio deſumitur *ex L. fin. §. filiis autem Cod. de bonis*
quæ liberis: de quo videndi *Viglius in principio inſti-*
tut. quibus non eſt permiſſum n. 16. ubi Vinnius n. 6. Pi-
nel. lib. 1. ſelect. cap. 5. á n. 30. Torre de pactis futuræ ſuc-
ceſſionis lib. 3. c. 12. n. 401. & 407. Rocca ſelect. c. 28. á
n. 31. Faber de errorib. pragmat. decad. 43. error. 6. ſub
n. 4. & lib. 13. conject. c. 6. Galeota lib. 2. controverſia
30. Verde ubi ſuprá n. 963. cum multis *de Luca ad*
Gratian. c. 382. n. 10. ubi & *ex n. 9.* adverſus *Bor-*
giam, Boſiū, & alios probat filiam familias neque
de dote teſtari poſſe, quod & defendit *Rocca*
ubi proximè *á n. 4. & 6. Borbon. de filiis familias q.*
12. per totam, Manſius de teſtam. valid. vel inval. tit. 2.
ex n. 99. Bellon. de jure accreſcendi c. 10. q. 12. n. 7. cum
Scalona,

Filius familias civis eſt Romanus.

Filius familias de adventitiis minime teſtari potet.

Digitized by Google

Scalona, Valaſc. Portugal, Harppreӗt & aliis Netto lib. 1. *tit.* 11. *n.* 5. *Retes lib.* 1. *opuſc. c.* 22. *n.* 13. *in fin.* qui *numeris ſequentibus* plura loca, quibus probari videtur filium familias teſtari poſſe exponit: qui-
134 bus addendus *tex. in leg. Imperator* 50. *dig. ad Senatus conſult. Trebel.* in cujus explicatione, & intelligentia multus eſt *Oros de apicib. jur. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 10. *& ſeq.* à quo tamen faciliùs ſe expediunt *Harppreӗt. in princip. inſtitut. quibus non eſt permiſſum fac. n.* 34. & *Verde ubi proximè verſ. Nec officit tertiò.* *Remiſſivè de L. Imperator* 50. *dig. ad Trebell.*

135 Quæ quidem dubitatio haud levitér augetur: nàm difficiliús conceditur teſtari, quám munera publica ſubire, quorum capax eſt filius familias, *L. filius* 9. *dig. de his qui ſunt ſui, L. ille à quo* 13. §. *fin. cùm leg. ſeq. dig. ad Senatus conſ. Trebel L.* 3. §. *quod pater* 5. *dig. de muner. & honor. L.* 3. *Cod. nè filius pro patre L. filios* 5. *Cod. de decur. lib.* 10. *Arouca in dict. leg.* 4. *n.* 2. *& ſeqq. Pichard. de acquirend. dict. c.* 15. *n.* 35. *Valent. illuſtr. dict. c.* 8. *n.* 4. *Larrea allegat.* 112. *Oſuald. ad Donel. libr.* 15. *cap.* 50. *lit. I.* & ipſe *Donel. ad tit. Cod. quod cumeo á num.* 50. Cúm igitur obſes, qui civis Romanus nec eſt, nec proindé munera ſubire poteſt, argumento *L. ſi quis magiſtratib. dig. de muner. & honor. Novel.* 15. *cap.* 1. *L.* 1. *&* 2. *Cod. ſi ſervus, aut libertus*, & legis Papiæ de Civitate: de quo multa congerit *Portugal de donat.* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 15. *á n.* 40. videndus *Salzedo de lege politic. lib.* 2. *cap.* 15. *ex n* 41. *uſque ad n.* 46 *excluſivè*, cum aliis *Scopa ad Merlin. contr.* 2. *n.* 13. uſu togæ permiſſo, teſtamentum condere poſſit; *Filius familias quoad munera publica pro patre familias habetur.*

 cur

cur non idem á fortiori dicendum in filio familias uſum togæ, utpoté cive Romano habente; vel ſaltem, ut de bonis quorum dominus plenus eſt, validé teſtari poſſit? Nequé dicas hoc ex eo provenire, quod *lege* 12. *tabul.* requirebatur, opuſque erat, ut quis teſtari poſſet, quod ſui juris fuiſſet; nám *leg.* etiam 12. *tabular.* requirebatur, quod civis Romanus eſſet teſtator *L.* 1. *dig. ad leg. Falcidiam*; minimé verò peregrinus *L. Cod. de hæred. inſtit. Scalona de*

Peregrinus teſtari non poteſt.

136 *teſtam. lib.* 2. *cap.* 1. §. 5. *ſub n.* 134. *Zoaſius ad tit. dig. qui teſtam. num.* 12. *Creſp. obſervat.* 97. *n.* 15. *Salſedo de lege politic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 54. *ubi Cujacium* & *alios* refert; *Peres ad tit. Cod. qui teſtam. fac. poſſunt num.* 11. *Pinel. lib* 2. *Select. cap.* 10. *n.* 37. *Bellon. de jur. accreſcendi cap.* 7. *q.* 52. *n.* 7. Si ergò incapacitas perigrini per uſum togæ removebatur, cur non idem, imó & á fortiori dicendum de incapacitate filii familias, cui á lege, moribusqué Romanis conceſſus erat ejuſdem togæ uſus, & non tantúm togæ uſus, ſed & publica munera ſubire; quod obſidibus etiam togam portantibus datum non erat?

Aſſignatur ratio differẽtiæ ſupra petita.

137 Diſcriminis ratio ab eo petenda; quód cúm verius ſit, uſum togæ obſidibus conceſſum, eos non veré cives Romanos efficere, ſed tantum fictitios, & ad inſtár, ut contra aliquos jam diximus cum *Scalona*, *Cujacio*, & *Connano*; ad munera publica, quæ tantúm ad cives veré Romanos, & non adexteros pertinent, admitti

admitti utiqué non poſſunt. Impedimentum
veró ad teſtadum, eo quòd peregrini ſint re-
movet uſus togæ conceſſus, cúm quaſi cives
Romani reddantur; quo peregrinitatis [ut ita
loquar] ſublato impedimento, teſtabiles effi-
ciuntur. Filius familias verò cum civis Ro-
manus proprié, ac veré ſit, munera ſubit, &
exercet; nec toga quâ tanquàm verus civis uti-
tur, eum ſui juris reddit; ac ideò inteſtabilis
permanet, cúm non ſufficiat ad teſtandum ci-
138 vem eſſe, ſi ſui juris in ſimul non ſit: cujus ra-
tionem proſequuntur præcæteris videndi *Re-
tes lib.* 1. *opuſcul. c.*22. *ex n.*9. *Oros de apicib. jur. lib.* 5 *c.*
6. *per tot. Rocca ſelect. c.*28. *á n.* 10 *uſque ad n.*30. *Man-
ſius de teſtam. tit.*2. *á n.*89. *Scalona lib.* 1. *c.* 4. §. 1. *per
tot.* Obſes igitur cum ſolumodo perigrini
impedimentum habeat, hoc ſubſtulit conceſ-
ſio togæ; quæ tamen non poteſt tollere impe-
dimentum filii familias. Undè ſi obſes cui jus
togæ conceſſum, in furorem incidat, vel ex
139 alio capite inteſtabilis ſit, teſtari certè non po-
terit; quia ſolúm perigrini impedimentum
per togam aufertur, quin ad aliud extendi
valeat.

Ad teſtanaum non ſufficit quod jus civitatis ad ſit, ſi ſui juris teſtator non ſit.

Uſus togæ non omnia tollit impedimenta.

Quærendum hinc: quid, ſi obſes cui togæ
140 jus conceſſum, apud ſuos tanquám filius fa-
milias habitus, ſub ſacris eſſet paternis; an ni-
hilominus in urbe teſtari poſſit, cùm *dict. L. ſed
ſi accepto* indiſtinctè loquatur? Hæc quæſtiun-
cula aliam involvit maiorem, nempé; an jus
patriæ

Patria poteſtas an ſolum Romanorum eſſet ventilatur.

patriæ poteſtatis proprium, [ſicut toga] civiũ Romanorum eſſet, vel juriſgentium, ac ut tale cæteris commune? Res ſané inter doctiſſimos acri methodo ventilata, nimiſque controverſa, ita ut non facile, quid reſolvendum appareat. Juriſconſultus Gaius diſſertis verbis propriam civium Romanorum eſſe patriã poteſtatem reſolvit in illis: *item in poteſtate ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus: quod jus proprium civium Romanorum eſt.* Quod apertiùs Juſtinianus ait in §. *jus autem* 2. *inſtitut. de patria poteſtate*, ibi: *jus autem poteſtatis, quo in liberos habemus, proprium eſt civium Romanorum: nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.* Qua propter totam juris civilis Romanorum, & non juriſgentiũ patriam poteſtatem magis communitér Doctores defendunt, ut poſt *Bartolum, & antiquiores Arias Pinel. in rubr. de bon. mater.* 2. *p. n.* 3. *Arouca in L.* 3. *n.* 24. *dig. de his, qui ſunt ſui, vel alieni, Faber in Papin. jur. prud. tit.* 8. *princip.* 1. *& illat.* 1. *ſolorſan. de crim. parricid. lib.* 2. *c.* 7. *Connanus lib.* 2. *comment. c.* 13. *n.* 2. *Zoaſius ad tit. dig. de his qui ſunt ſui n.* 3. *Joann. Dominic. Raynald. obſerv. crim. c.* 2. §. 4. *n.* 134. cum *Aſcanio, Paſchalio, Fragozo, & aliis Joannes Ang. Boſſius de patr. poteſt. c.* 1. §. 2. *n.* 6. qui *numeris ſequentibus* ad contraria reſpondet; *&* §. 4. *n.* 29. *Harppreſt. in dict.* §. *jus autem uſque ad n.* 4. plures pro utraque adducens; ubi lege Regia patriam poteſtatem inductam exfragmentis veterum conſultorũ probare

probare conatur: acritèr, & latè hanc ſententiam propugnat *Hieronimus de Oros de apicib jur.lib.* 5.*c*.13. ubi cujuſdam nuperi pro contraria ſcriptoris verba, & mentem, ſupreſſo nomine referens, ultra modum invehitur; dicens illius ſupreſſi doctoris ſententiam, novum fuiſſe errorem, ac juriſprudentiæ portentum. Doctor ille, quem deſpicit *Oros*, doctiſſimus eſt *Retes*, qui *lib.* 1. *opuſc. c.* 6. *ex num.* 6. ea verba, quæ tranſcripſit *Oros* fuerat locutus: qui tamen *Retes* iterùm ſuſcepto calamo, *Oroſii* etiam ſupreſſo nomine, ſe vindicavit in *adverſariis de inofficioſo teſtamento n.* 2. & 3.

141 Verúm dum *Oros* novam illam putavit opinionem, lapſus miſerè fuit; cum illud idem quod *Retes*, multi & jam ante dixerant: & utcunquè eſſet, doctos doctis obloqui nefas valdè eſt; quod ingenioſé oſtendit *Alciatus Emblemat.* 99. dum adverſús *Progne* (hoc eſt hirundinem avem ſanguinis maculam in pectore geſtantem juxta converſionem, de qua *Ovid. lib.* 6. *methaphorſ. Henricus Schævius in Mytholog. Deor. verb. Progne*) cicadam rapientem ſic invehitur: *Notatur Oros.*

Quid rapis, heu Progne, vocalem ſæva cicadam,
Pignoribuſquè tuis fercula dira paras?
Stridula ſtridentem, vernam verna hoſpita lædis
Hoſpitam, & aligeram penniger ales avem?
Ergò abiice hanc prædã:nám muſica pectora ſumum eſt.
Alterum ab alteriùs dente perire nefas.

142 Cùm communi igitur autumamus, patriam poteſta-

Patriā poteſtatem propriam eſſe civium Romanorum aſſeritur.

poteſtatem civium Romanorum & origine propriam eſſe; quod ex *L. Romuli, &* ex *L.* 12. *tabul.* deduxit ipſe *Retes ſibi adverſarius lib.* 1. *de interdict. c.*6. *n.* 1. quod quidem non animadverterat *Oros.* Si namquè à jure naturæ, vel à divino, ut alii putarunt, duceretur; certè nullus populus, nullus Princeps, nullaque lex patriam poteſtatem poſſet tollere, quòd quidem in ſe falſum eſt; prout conciderat *Boſſius dict. c.* 1. §. 2. *n.* 11. qui *c.* 3. *n.* 37. tyranicam potiús quàm patriam illam dicit poteſtatem, quam Perſæ olim exercebant in liberos; quod etiam dixerat *Valenſuel. conſ.* 5. *n.* 4. poſt *Philoſophum lib.* 8. *Ethicar. c.* 8. Brevitèr tamen pro faciliori materiæ perceptione, doctiſſimorum alioquin Doctorum minùs cohærentes recitare ſententias operæ pretium erit. *Vinnius in dict.* §. *jus autem* 143
n. 1. dùm non ineleganter dixerat, poteſtatem patriam mixti juris eſſe; *n.* 2. ait moribus Romanorum non inductam, ſed illius effectus: quod tamen tutum non eſt: tum quia expreſſis adverſatur juribus, tum quia non facile in actu pratico ſit effectus à patria poteſtate diſtinguere, ſicut non facile ignem à calore ſeparare. *Franciſcus Connanus dict. c.* 13. *n.* 1. circa finem ait; quod licet poteſtas patria antiquior eſſet apud cæteras gentes, amplexam tamen fuiſſe moribus populi Romani ab aliis nationibus non edocti, initio adhuc naſcentis urbis: quod minus tutum puto; quis enim divinare poterit

Digitized by Google

terit an populus Romanus morum aliarum gentium ignarus patriam induxiſſet poteſtatem? *Joannes Corraſius*, vir eruditiſſimus, *in leg.* 3. *dig. de his, qui ſunt ſui. n.* 6. non longè à veritate ait: *L.* 3. in illis verbis: *talem, qualem,* denotare non rei ſubſtantiam, ſed relationem, ad differentiam poteſtatis patriæ, quam aliæ gentes habent: quod idem, nemine relato voluit *Zoaſius ad tit. dig. de his qui ſunt ſui. n.* 3. Fallitur tamen Subtilis *Corraſius*, dum tenet patriam poteſtatem etiam apud Romanos juriſgentiũ fuiſſe, eò quod illorum moribus eſſet inducta; ſiquidem, & ſi agnoſcam moribus Romanorũ enixam poteſtatem patriam *L. Patre furioſo dig.*
144 *de his qui ſunt ſui, Oros lib.* 5. *c.* 13. *n.* 3. mores tamèn Romanorum pars equidem ſunt juris civilis, *L. jus civile dig. de juſtit. & jur. L. de quibus* 31. *L. diuturn.* 32. *dig. de legib. §. conſtat, §. ſine ſcripto inſtitut. de jur. naturali, Auguſtinus Barboſa in rubr. de conſuetud. n.* 3. *Portugal de donationib. Regiis* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 100. *Donel. lib.* 1. *c.* 10. in puncto *Harpreɛt. in dict. §. jus autem n.* 3. Nequè lex civilis ad ſui validitatem ſcripturam exigit, *cum Fermoſino, & aliis Pegas de leg. mental. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. *Morla in emporio juris p.* 1. *tit.* 1. *q.* 4. *per tot.* Non me tamen latet hunc intelligendi modum diſplicuiſſe *Chavarri in Didaſc.* 1. *p. c.* 11. *n.* 5. qui *n.* 7. aliam lectatur viam, & per totum caput plura de origine patriæ poteſtatis luculentér tradit.

Mores dicuntur juris civilis.

145 Quia tamèn lex naturæ ſempèr in ditione

Patria poteſtas naturali nititur ratione.

parentum liberos eſſe jubet, juxta *Plinium* Ju-
niorem in *panegyr.* & in filios jus Baſilicum, ſi-
cut Politicum in uxores, & Dicearchum in
ſervos ſempèr fuit, ut ait *Ariſtoteles 2. politic.* ve-
ritati proximior eſt *Valentia illuſtr. lib. 3. tract. 2. p.*
1. in princip. uſque ad n. 4. dum ait, patriam poteſ-
tatem naturali ratione nixam, diverſimodè
apud alias uſitatam gentes; plurimis tamen
adjectis qualitatibus, propriam manſiſſe Ro-
manorum: in cujus ſententiæ confirmatio-
nem plura cummulat. Imò & poſtea plures
gentes eâdem, quâ Romani, patria uſi ſunt po-
teſtate; quod agnoſcit *Oros dict. c. 13. n. 4.* qui nō
ideò, minùs Romanorum eam eſſe rectè con-
tendit; exemplo permiſſionis, ac poteſtatis 146
teſtandi, quæ licèt origine juriſgentium eſſet;
juris tamen civilis effecta fuit, *Pinel. lib. 2. Select.*

Facultas teſtandi à jure gentium venit.

c. 10. alter Pinel. in rubr. Codic. de reſcindenda venditio-
ne 1. p. c. 1. n. 25. Oſuald. ad Donel. lib. 6. c. 5. lit A. Co-
vas 3. variar. c. 6. n. 7. Verde in tyrocinio jur. lib. 2. tit.
quibus non eſt permiſ. fac. teſtam. n. 93. cum ſeqq. Plura
non vulgaria de patria poteſtate tradunt *Abra-*
haam Ker Kraad. in diſſert. de jur. patrio, & *Feloaga in*
Enchiridion juris cap. 32. & ſeq. Berlich. 2. p. concluſ. 11.
Chavarri ubi ſuprá, qui exponit *L. inteſtati §. quæri*
dig. de ſuis, & legit. hæred. L. fin. Cod. de ſerv. fugitiv. & L.
Publia dig. depoſiti. Revertentes jam noſtrum ad
argumentum; neceſſe eſt decidamus, obſes
né togæ uſum habens, qui apud ſuos filius erat
familias, potuiſſet in urbe teſtari juxta deci-
ſionem

ſionem *tex. in leg. ſed ſi accepto dig. de jur. fiſci.*

147 Hac in re diſtinguendum pro reſolutione eſt, an filius familias obſes apud ſuos potuiſſet teſtari, vel non; cum apud aliquas gentes filius familias teſtamentum validé condat *Gomes in L. 5. Tauri, Scalona de teſtam. lib. 1. c. 4. §. 7. n. 58. & ſeqq. Franch. deciſ. 546. & 552. de Luca de teſtam. diſcurſ. 34. n. 19. Galindo in Phœnice juris prud. Hiſp. lib. 3. tit. 3. §. 3. gloſ. 1.* Tunc ſi apud ſuos teſtari poterat, certé in urbe validé teſtabitur, ſaltem de bonis quæ apud ſuos relinquerat: ſecùs verò ſi ibidem inteſtabilis erat; quia teſtatoris habilitas metienda eſt per leges ſuæ provinciæ; licet ſecus ſit quo ad ſolemnitates; leges enim Romanorum exteros nequé habilitare, nequé inhabiles reddere ex defectu poteſtatis poſſunt; prout nequé, deficiente poteſtate, exterorum leges ad bona apud Romanos exiſtẽtia, extendi: quod totum cùm pluribus aiunt *Portugal de donationib. regiis lib. 2. cap. 10. á n. 60. & 67. cùm ſeq. Ægidius in L. 1. §. 6. n. 5. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Arouca in L. 8. §. 1. n. 113. dig. de rerum diviſ. Cancerius 1. variar. cap. 4. n. 92. & ſeq. Oliva de for. Eccleſ. 1. p. q. 13. n. 27. Pinheiro de teſtam. diſp. 1. ſect. 3. á n. 108. Merlin. deciſ. 447. de Luca de teſtam. diſcurſ. 34. num. 20. Berſan. de ultimis volunt. cap. 1. q. 38. n. 4.* laté *Giurba de feud. §. 1. gloſ. 6. á n. 9.* qui *n. 13.* aliud ſentit in ſucceſſione abinteſtato. Unde filius familias, ut jam diximus, qui apud ſuos teſtari poterat, ſi obſes Romano populo datus, togæ

Filius familias apud aliquas gentes teſtari poteſt, & ſimiliter apud exteros.

 uſum

uſum impetraverit, citrà dubium apud ipſos Romanos validé teſtaturus eſſet *Portugal* ubi ſuprà, & *Valaſc. conſ.* 182. *n.*6. *Ægidius in dict.* §.6. *n.*6. *Pinheiro* ubi ſuprà *n.* 110 *Gomes in L.* 5. *Tauri n.* 2. qui ibidem ait, non poſſe filium familias, etiam ſuæ patriæ permittente lege, teſtari de his bonis, quæ in altera provincia, ubi filius familias teſtari non poteſt, exiſtunt; limitatâ regulâ *legis* 7. *dig. de regulis jur.* idem dicunt *Gail lib.* 2. *obſervat.* 124. *n.*13. *Sande in d L. jus noſtrum* 7. *dig. de regul. jur. in fin. Galindo in ſua Phœnice dict. libr.*3. *tit.* 3. §.4. *propoſ.* & *gloſ.* 4 *Azevedo in L.*4. *tit.*4. *libr.* 5. *recopilat.* Qui tamen ſentiunt idem à contrario, quando ſcilicet filius familias, qui in ſuo regno teſtari nequit, diſponit de bonis, quæ habet in regno, ubi teſtari poterat, ita ut neque hoc poſſit facere; excepto *Galindo* ubi proxime, qui noviter contrarium tenet: vide de materia *Riccium collect.* 1411. *Verde lib.* 2. *lem.* 11. *n.* 968. Utrum filiafamilias nupta extero, poſſit teſtari juxta ſtatutum ſuæ originis? Vide apud *Franchis dec.*546. *de Luca ad Grat. c.* 383. *á n.*23.

Quæ quidem, & ſi in ſe vera ſint; difficultatem tamén patiuntur, dum ea applicari putamus ad *dict. L. ſed ſi accepto*: *lex* enim illa conjúgenda eſt cum anteriori *leg. Divus Comodus*, ubi de bonis obſidum, ac de bonis captivorum æqué agitur; quæ quidem, prout ſuprà diximus, quoad bona captivorum ſimilitér intelligenda eſt de illis bonis, quæ obſides ſecum 148

apud

Digitized by Google

apud Romanos habebant. Undé etiam ſi filius familias obſes apud ſuos potuiſſet teſtari, certe non poſſet apud Romanos etiam togam portans, de bonis quæ ibidem habebat; quaſi ſuæ Provinciæ lex eum teſtabilem reddere nõ poſſet quoad bona apud Romanos habita, niſi hoc ſpecialitèr ei permitteretur *L obſides* 11.*dig. de teſtam.* uſus enim togæ ſolumodò impedimentum peregrini auferebat; quia apud Romanos ut dictum manet, nullus exter tanquàm perigrinus teſtari poterat. Quod & apud Gallos obſervatum, & ſancitum referũt

149 *Guilliern. Bened. in c. Raynuntius de teſtam. verbo & uxorem dec.*5. *á n.*480. *Petrus Gregor. lib.* 4. *ſyntagm. c.* 8. *n.* 24. *Mager. de advocat. armat.cap.* 15.*num.* 135. *Solorſan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.*2. *cap.* 5. *n.* 53. ubi alios, *Salzed. de lege politic.lib* 2.*c.*13. *n.*55. *Gothofred. in authent. omnes perigrini Cod. commun. de ſucceſſ.* forenſes enim, & alieniginæ de alio regno oriundi, quantócunqué tempore in regno Frãciæ habitaverint, non poſſũt de bonis ibidem quæſitis teſtari, nec alitèr diſponere in ultima voluntate. Quinimó Rex omnia eorum bona occupat, jure, ut dicunt, *Albanagii*, ut proximè citati aiunt. Indé *Manſius de teſtam. val.tit.*2. *n.*194. *& ſeq.* & *Peres ad tit. Cod. qui teſtamenta facere n.* 52. *advertant*, aiunt, *perigrinantes per Franciam.* Similitèr & apud Venetos ſtatutum, quod fiſcus forenſis defuncti bona occupet, dicunt *Paulus de Caſtro in L. nutritoribus n.* 4. *Cod. commun. de legat.*

De jure albanagii apud Gallos.

legat. Salzed. dict.lib.2. cap. 15. *n.* 56. Idem in Hiſpania imó nequè hæredem inſtitui poſſe Gallum poſt *Pichardum* dixerat *Creſpo obvert.* 97. *num.* 16.

Filiusfamilias teſtari poteſt de adquiſitis per militiã togatã. Licét tamen filiusfamilias quamvis civis Romanus, & togatus teſtari non poſſet; proculdubio tamen poterat de his quæ pertogatam militiam acquiſiverat *cum Pichard. & Fabr. Netto de ult. volunt. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 16. *in fin. Bellon. de jur. accreſcendi c.*7. *q.*42. *n.*18. *&* 19. cùm quaſi caſtrenſia nuncupentur, de quibus filius familias teſtatur validè *L. fin. Cod. de inofficioſo teſtam.* quod quidem digeſtorum jam jure cautum erat per *L.* 3. §. *dari dig. de bonor. poſſeſ. Valent. illuſtr. lib.* 1. *tract.*3. *cap.* 3. *n.*15. niſi dicas cum *Gaſpar. ad Fabr. lib.*3. *tit.*7. *q.* 9. hoc anticipaſſe Tribonianũ, prout fecerat juxta aliquos(quod ego nó probo) *in L.* 1. *dig. de legat.* 1. *in L. illud.* 19. *dig. de option. legat. in L.* 1. *dig. de pen. legat. L.*6. *&* 27. *dig. de condit. & demonſtrat. & in L.* 1. §. 18. *dig. ad legem falcidiam*, ac aliis in locis. 150

Triboniani mos in præpoſtera cõpilatione ab aliquibus notatur.

Peregrinis interdictus togæ uſus. Toga ergò proprium cùm inſigne Romanorum civium eſſet, & per eam jus civitatis quoadmmodó conceſſum cenſeretur, conſequens fit, peregrinis prohibitum fuiſſe ipſiûs togæ uſum, *Julius Paulus lib.*3. *recept. ſent. tit.* 4. *Petrus Gregor. de republ. lib.*4. *cap.* 11. *n.* 16. cum *Cujacio Cicerone, & aliis Joannes Hieronimus Phillipo diſſert. fiſc.* 29. *n.*62. *Calvin. in lexicon verb. toga, Gonçales Telles in cap. Clerici* 15. *n.* 18. *de vit. & honeſt. Cleric.* & ſuadetur 151

tur ex illo *Tranquil. in Claud. Peregrinitatis reum orta inter advocatos leni contentione, togatum vè, an palliatũ dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum prout accuſaretur, defenderetur vè judici.* Segregati quippé erant peregrini à civibus, & à Romanis honoribus; ideòque eis
152 etiam ſegregatim jus dicebatur *L. 2. §. poſt aliquot dig. de origine jur.* ex *Livio Retes de interdict. & relegat. lib. 2. cap. 1. ad L. 14. §. ult. pàg. 119.* nec ideò perigrinorum veſtes, & ſi elegantiſſimas, Romani ſibi aſſumebant, quaſi in hoc reipublicæ peſtem metuentes juxta *Platonem in lib. de legib.* & *Phillip. dict. diſſert. 29. á n. 60.* Quomodò verò exercere peregrini potuiſſent actiones forenſes, vide apud *Retes de interdict. & relegat. lib. 3. excurſu* 6. ferè per totum.

Segregatim jus dicebatur perigrinis.

Utrùm autem natus in urbe ex perigrino,
153 & cive Romana togam indueret, dubitari poteſt? Obtutu primo videtur quòd ſic; quia licèt Romani, civitate non impetrata, cum exteris vetarent conjugia, teſtibus *Ulpiano in fragmentis tit. 6. §. connubio: Jus habent cives Romani cum civibus Romanis, latini, & perigrini illud jus non habent, niſi hoc illis conceſſum ſit nominatim;* & *Caio lib. 1. inſtit. tit. 4. de matrim legitimæ ſunt nuptiæ ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus, vel conſenſu ducat uxorem;* ac *Juſtiniano inſtit. de nuptiis in princip. Juſtas autem nuptias inter ſe cives Romani contrahunt.* Dignaque ſunt verba *Senecæ de beneficiis lib. 4. cap. 35. Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſteá peregrinus appa-*

An natus ex peregrino, & cive Romana eſſet civis Romanus, togæ & uſum haberet, diſputatur.

apparuiſti : non eſt mihi cum extraneo connubium. Eadem lex me defendit, quæ vetat: quod & notarunt *Charondas*, & *Cujacius in notis ad fragmenta Ulpian. in dict.* §. *Connubio*, *Hotoman. tom.* 1. *diſp. jur. civil. de ritu nuptiar. cap.* 2. *verſ. de patria*, *Forſterius de nuptiis cap.* 7. *verſ.* 2. *Arniſæ de jur. Connubior. cap.* 3. *de errorib. condition. n.* 3. *Phillippus Knipſchildt de jur. & privileg. civit. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 35. Adeó ut Valentiani, & Valentis conſtitutione cautum ſic fuerit *: Nulli pro-* 154
vincialium cujuſque ordinis, aut loci fuerit, cum Barbara ſit uxore conjugium : nec ulli gentilium provincialis fæmina copuletur ; in Codice Theodoſian. tit. de nupt. gentil. Quod mutuatum ab Athenienſibus, apud quos potiſſimùm ex *Periclis* lege, pro notho habebatur, qui ex duobus Athenienſibus ortus non foret, *Hugo Donel. lib.* 13. *comment. cap.* 19. *Connan. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 1. eruditè hæc ferme omnia *Amaya lib.* 2. *obſervat. cap.* 5. ex *n.* 14. undè *Terentius in Andr. act.* 3. *ſcan.* 1.

quid hoc?
Adeon eſt demens? ex peregrina?

Eruditus *Samuel ad leg. atticas lib* 6. *tit.* 1. *pag.* 435. *& tit.* 5. *pag.* 734. *& pag.* 440. verba legis referens *: civis peregrè nè nubito*; & cujuſdam ſimilitér plebiſciti : *unam uxorem legitimam, eamque civem ducito*: plura tradit *Mart. Mager. de advocat. armat. cap.* 7. *n.* 391.

Attamén hæc connubia quanvis ita vetita fuiſſent, ac proindé illegitimam prolem efficerent ; ob id ipſum tamen, natus ex cive Romana,

mana, Romanum civem naſci videbatur, ac
155 ideó toga uti potuiſſet; certi juris cùm ſit na-
tum extrà juſtas nuptias matris ſequi condi-
tionem, *L. cùm legitima* 9. *L. lex naturæ* 24. *dig. de ſtatu hominum* ubi *Arouca n.* 1. 2. *&* 3. *Harpreſt. in princip. inſtit. de ingenuis n.*9. *Amaya in L. exemplo* 36. *n.*22. *Cod. de decurionib. lib.* 10. cum multis juribus *Ramos ad L. Jul. & Pap. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 3. *&* 4. His verùm non obſtantibus ſurgit in contrarium veritas; lege enim *Menſia* de quâ *Ulpianus in citat. fragm.* §. *Connubio*, cautum fuit, ut ex peregri-

Partus non legitimus ſequitur conditionem matris.

156 no, & cive Romana, peregrini, non autem ci-
ves naſcerentur, *Boetius in topic. lib.* 2. *Nicolaus Cruchius de comitiis Romanorum lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 48. *lit. K. Phillippo differt.* 29. *ſub n.*57. *Retes lib.* 8. *opuſcul. cap.* 5. *Nicolaus Anton. de exilio lib.* 2. *c.* 12. *n.* 8. ſicut & olim ante correctionem Juſtiniani Imperatoris *in L. fin. Cod. de agricol. & cenſit.* & *novel.* 54. *&* 162. *cap.* 2. natus ex adſcriptitio, & libera matre, adſcriptitius naſcebatur *Cujac. lib.* 4. *obſerv.* 28. *Oſuald. ad Donel. lib.* 2. *c.* 10. *lit. E.* De hac lege *Menſia* in-

Peregrinus dicitur natus ex cive Romana, & peregrino.

157 telligendus eſt *text. in leg. lex naturæ* 24. *dig. de ſtatu hominum* in illis verbis: *niſi lex ſpecialis aliud induxit*, (quidquid aliqui hoc Triboniano imputent) *Verruſ. ad leg.* 12. *tabular. verb. Menſia*; docuerat & olim Conimbricenſis *Brito Caldeira in ſcholiis ad L. unic. Cod. panis fiſcalibus creditor. præferr. n.*49. *Retes dict. lib.* 8. *c.* 5. qui limitationem dictæ legis 24. refert ad primam ipſiûs textus partem. Mirandumque eſt doctiſſimum *Arouc.* nihil circa

Agitur de lege Menſia & de leg. lex naturæ 24. *dig. de ſtat. homin.*

hoc ſcripſſiſſe *in annotat.* ad eandem legem. Manet igitur natum ex peregrino quanvis à matre Romana, jus civitatis non aſſequi, nec togâ potuiſſe uti.

Si tamèn matri jam prægnanti, impetrato 158
connubio, remiſſa eſſet legis prohibitio, edita proles tanquàm legitima jure civitatis donabatur, togaqué ſuo utebatur tempore; ceſſante in hoc caſu legis *Menſiæ* prohibitione, *Nicolaus Anton. de exilio lib.* 2. *c.* 12. *n.* 8. ubi ſic novitér explanat *Marciani* mentem *in L. ſervorum* 5. §. *ultim. dig. de ſtat. homin.* qui, ait ille, intelligendi modus rectus, an ſecùs, carboneque, an minio dignus notari, aliorum eſto judicium. Sed certé illum verum, ac rectum ſenſum eſſe, coactus eſt probare *Retes de interdict. & relegat. lib.* 1. *c.* 3. *in additionib.* ubi deſpectis *Accurſ. Govean. Ravard.* & *Fabr.* ipſum laudat Antonium, aſſeritque legem Menſiam ad hanc ſpeciem nõ pertinere, quia vel conceſſa civitate, vel impetrato etiam ex poſtfacto connubio, ipſo jure illud injuſtum matrimoniũ ad juſtas convertabatur nuptias, ut in contubernio ancillæ probat notabilis *textus in L. ſi ſerva* 39. *dig. de jur. dotium*, quem expendit, & explicat ipſe *Retes lib.* 8. *opuſcul. c.* 12. *n.* 14. & 15. Undé diſplicet *Oros lib.* 2. *de apicib. jur. c.* 5. *n.* 13. dùm prædictam *legem ſervorum* 5. §. *fin.* intelligit de deportata.

Intelligitur L. ſervorũ 5. §. fin. digeſt. de ſtat. hom.

Prædictis fit conſequens Interdictũ aqua, 159
& igni, toga uti non potuiſſe; cum enim civitate

tate careret, illa veſte uti non poterat, quæ civibus tantummodo Romanis erat conceſſa, exteriſquè prohibita, ut ſæpius dictum eſt. Quod autem interdictus & civitatem, & civitatis jura per mediam capitis deminutionẽ amitteret & luculenter probant *L. amiſſione 5 L. fin. & §. 1. dig. de capite minut. L. ſi quis filio 6. §. ejus dig. de injuſto rupto L. 1. §. hi quibus dig. de legat. 3. § minor inſtitut. de cap. deminut. Harpreɕt. in eodem §. Retes de interdictis lib. 1. c. 3. & in addit. cap. 2. n. 4. Nicolaus Antonius de exilio lib. 2. cap. 5. n. 9.* ſeu, ut meliùs dicam, cum ſic interdictus inedia, & frigore ſe mori videret, civitatem omittere potiús quam amittere cogebatur, juxta illud *Ciceronis in orat. pro Cicen. Qui, ſi in civitate legis vim id eſt interdictione aqua & igni ſubire velent, non prius civitatem, quám vitam amitterent, quia non adimitur his civitas, ſed ab bis relinquitur, atquè deponitur.* Non tamèn dicimus quod ſi in urbe manſerit, civis erit Ro-
160 manus, ut minus vere, ni fallor, putavit *Oros lib. 2. de apicib. cap. 5. n. 12.* imò cum *Fabro* nimis confidenter [ut notavit ipſe *Oros n. 13. in fin.*] in *juris prudent. Papinian. tit. 11. principio 2.* ſcribimus, dubitaſſe neminem civitatis jus illicò amiſſũ. Nihil enim cõmune eſt morari in urbe, cùm jure civis Romani: aliàs ſervi pænæ, ad beſtiaſquè damnati cives eſſent contra *text. in §. pænæ 3. inſtit. quibus modis jus patr. poteſt.*: quinimò relegati, qui civitatem retinebant, ut infrà dicturi ſumus, in urbe morari non pote-

Interdictus aquá, & igni toga carebat.

Refutatur Oros dum interdictũ aqua, & igni in Civitate degentem civem appellat.

 rant,

Relegati in civitate morari non poterant.

rant, *L* 19. *dig. de interdict. & relegat. Colleg. Argentor. ad tit. de interdictis n.*6. & ſi domicilium in ipſa 161
urbe retinerent *L.*18. *in fin. dig. ad municipal. Nicolaus Antonius de exilio lib.*2. *cap.*13. *n.*3. Amiſſaque ſic civitate ad peregrinitatem redigebatur aqua & igni interdictus *L. ſed ſi hac* 10. §. *ſed ſi per pœnam dig. de in jus vocand. Retes dict. lib.*1. *de interdict. c.*3. ad exemplum deportati; cúm deportatio in locum illius pœnæ ſub ingreſſa fuerit, ut
ultra *Harprect. in dict.* §. *minor, Retes ubi ſuprá cap.* 2. 162
*Anton. de exilio lib.*2. *c.*5. maximè ex *n.*5. & 6. qui ibidē rectè dixit, non omninò unā in alteram transformatam fuiſſe pœnam: quod cúm non animadvertiſſet *Retes in ſuo opuſc. de interdict.* lecto poſtea *Antonio*, tertium edidit librum, quem vocavit analectum, ubi *excurſ.* 1. hoc diſputat. Indeque æqualiter in pluribus locis interdictus igni, & aqua, pro deportato ſcribitur *L.* 1. §.2. *delegat.* 3. *L.* 38. *dig. de ſolutionib. L.* 1. *Cod. de repudiis.* Supravacaneus indè habendus labor ſuſceptus ab *Oros lib.*2. *cap.*5. *n.*11. Deportationem que ſubrogatam interdictioni aquæ, & ignis, tradunt & *Faber in Pap. tit.*16. *ill.*3. *Salzed. deleg polit. lib.*1. *cap.*10. *n.*47. *ex L. interim* §. *deportandi L deportatus* 15. *dig. de interd. & releg. L.* 2. §. *conſtat dig. de pæn. L.*3. *ad L. Jul. peculatus:* & quatenús differant videndus *Ramos ad leg. Jul. lib.* 4. *r.* 19. *n.*6.

Deportatio ſubrogata in locum interdictionis ignis, & aquæ.

Interdictus amittebat libertatē civilem.

Et non ſolúm civitatem amittebat aqua & 163
igni interdictus, ſed etiam Quiritum libertatem, & ſi naturali retenta; ut communiter intelligi

intelligi ſolent *L. cognitionum* 5. §. *ult. dig. de var. & extraord. cognit. L. Non facile* 4. §. *fin. dig. de gradib. & affinib. Bellon. de jur. accreſc. cap.* 7. *q*. 49. *n*. 17. cum *Cujac. Govean.* & *aliis Harpreƈt. in* §. *minor n*. 5. *inſtit. de capitis deminut.* videndus *Antonius de exilio, ubi ſuprà c*. 12. *Pegas de competent. p*. 2. *cap*. 98. §. 3. *ex n*. 36. *Retes lib*. 1. *de interdiƈt. c*. 3. ubi alia interpretatur jura: quanvis in hoc aliam ſeƈtetur viam *Oros diƈt. c*. 5. *ex n*. 6. *diƈtam L*. 5. §. *ult*. intelligens de caſu, quo in ſententia amiſſionis civitatis pæna impoſita fuerat. Mortuo & aſſimilem interdiƈtum ait *Salſed. diƈt. cap*. 10. *n*. 46. ex *Juven. ſatyr*. 4.

L. 5. §. fin. ai- geſt. de variis, & ex- traord. cognit. L. non facile 4. §. fin. dig. de grad. & affinib.

Ultimus autem
Ærumnæ cumulus, quod nudū, & fruſtra rogantem,
Nemo cibo, nemo hoſpitio, teƈtoquè juvabat.

Probatum igitur cum ſit interdiƈtum aqua
164 & igni peregrinum, & apolidem eſſe; conſequentèr probatum manet, togæ uſum prohibitum illi fuiſſe; quod expreſſé ex *Julio Paulo lib*. 3. *receptar leƈt. tit*. 4. tenent *Retes de interdiƈt diƈt. cap*. 3. *poſt principium, Nicolaus Antonius de exilio lib*. 2. *c*. 5. *n*. 5. *Connanus lib*. 9. *comentar. c*. 4. *n*. 6. *circa finem, lexicon Calvini verb. toga, Petrus Gregor. de republ lib*. 4. *c*. 11. *n*. 16. *Alexander ab Alexandro dierum genialiū lib*. 5. *c*. 18. *pag*. 713. *ubi Tiraquel. lit. E. Plinius lib*. 4. *epiſtol. ad Cornelium Minutian. de Licinian. rethore, de ſenatore ibi*: *Idem cùm Græco pallio amiƈtus intraſſet (carent enim toga jure, quibus aqua, & igni interdiƈtum eſt) poſtquám ſe compoſuit*: *latinè inquit declamaturus ſum.*

Probatur interdiƈto igni, & aqua ademptū togæ uſum.

Ex

Ex quo loci dignoſcitur utiqué quanta eſſet dignitas togæ, quantoquè maioris dignitatis, quàm pallium: hoc enim aqua & igni interdictus utebatur; toga uti ei cum non liceret.

Ad mortem damnatus civitatem amittit.

Idem dicendum de damnatis ad mortem, 165
cùm jus civitatis amittant *L. ejuſqui* §. *ſicuti dig. de teſtam. L. qui ultimo dig. de pœnis, Pinheiro de teſtam. diſputat.* 1. *ſect.* 2. §. 6. *n.* 62. & 63. *Cortiada* 2. *p. dec.* 86. *n.* 28. *Amigant dec.* 1. *n.* 41. *Verde libr.* 2. *lem.* 12. *n.* 972. *Scalona de teſtam. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 2. *cum mille aliis*: quapropter Prætores meritò togam priús deponebant cúm aliqué capitali ſupplicio damnaturi, *Valerius Maximus lib.* 9 *c.* 12. ipſiſqué ad mortem damnatis togâ depoſitâ penula nigra imponebatur, ut poſt antiquiores nuperrimè notavit religioſiſſimus *Petrus de Almeida ex ſocietate Jeſu* vir in hiſtoria Romana peritiſſimus in commentariis ad Suetonium in *Auguſt. c.* 40. *n.* 46. & *Juſtus lipſius ad Senecam lib.* 1. *de ira c.* 16. *pag.* 20. Idem certe dicendum de deportato, qui civitatem amittit, *L. cùm ratio* 7. § *fin. dig. de bon.*
damnat. Gonçal. Telles in c. relatum 11. *n.* 8. *de teſtam.* 166
perigrinuſquè dicitur *L.* 1. *Cod. de hæred. inſtituend. Retes de interdict. lib.* 1. *cap.* 3. *præceptor Cazado in L.* 1. §. 2. *dig. delegat.* 3. vel potiús ad perigrinitatem redactus *L. ſed ſi hac* 10. §. *ſed ſi per pœnam dig. de in jus vocando, Bellon. de jur. accreſcendi cap.* 7. *q.* 52. *n.* 57. Quorum autem deportatus capax, vel incapax eſſet, non mea mens dicere: videndi tamèn *Gonzales ubi ſupra, Bellonus de jur. accreſcend. c.* 7.

Deportatus civitatem, togæquè uſum amittebat.

q. 52.

q.52. á n.53. & q.49. á n.6. Pegas de competent. 2. p. c. 98.§. 3. Retes per tot. opuſcul. de interdict. maximè lib. 1. cap.3.& lib.3. excurſ. 5. Antonius de exilio per tot. lib. 2. ex c. 5. Faber. de errorib. decad 73. error. 8. & 9. Verde lib.2. lem.12. ex n.972. verſ. Deportatus, Harppreẞt. in princip.inſt de teſtam.ordin. á n.80 Ægidius in L. 1. Cod. de ſacroſ. eccleſ. p. 1. § 6. Amaya lib. 1. obſervat. cap. 11. & 12. Pinel. lib.2. ſelect. cap. 2. & cap. 10. ex n. 32. Ramos in rubr. delegat. & ad leges Jul. & Pap. lib.3. c. 2. Chavarri in Didaſc. 2. p. cap. 17. & infiniti quos iſti referunt; Conimbricenſes *Veiga, Barboſa, & Vahia in ſcholiis delegatis, Vieira ad tit. de his, quibus ut indignis, Cazado in dict. L. 1. §. 2. & in L. ſi deportati 7. dig. delegat. 3.* quos omnes ſuperavit præceptor, ſenatorquè Palatinus *D. D. Michael Fernandes de Andrade,* cujus auditoriũ in ſcholis utilitèr auxi, *ad tex. in L. 1. Cod. de hæredib. inſtituend.* ubi nullus involutus relictus eſt lapis; quinimò omnia, ſolidâ, clarâquè, moris ut ſui eſt, doctrinâ mirificè exponit.

167 Quid verò dicemus de relegato? Reſpondebunt merè Juriſtæ, illi togæ uſum non adẽptum; civitatem etenim cum integro ſtatu, rerum ſuarum dominio, patria poteſtate, factioneque teſtamenti, activa, & paſſiva retinebat *L. 7. §. 5. dig. ad Senatus conſult. Maced. L. 8. dig. qui teſtam. facere poſſunt, L. 5. dig. de reb. dub. L. relegati 4. L. relegatus 14. §. 1. L. relegatus 18. dig. de interdictis. & relegatis, §. relegati inſtit. quibus modis jus patria poteſtatis ſolv. Zoæſius ad tit. dig. de interdict. & relegat. n. 3. Nicolaus*

Relegatus ſtatũ conſervat, & omnia civilia retinet.

colaus Antonius de exilio lib.2. cap.13. Ægidius in L.1.p. 1. § 6. *n.*3. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.Fragoſ.de regim.reipubl.* 1. *p. lib.* 5. *diſput.* 12. *n.* 60. *in fin. Retes de interdict. & relegat. lib.* 1. *cap.*3. *in fin. Oros de apicib. jur. lib.*2. *cap.*5. *n.*11. *in fin.* nullo relato *Pegas de competent.*2. *p.c.*98. §.3. *num.*7. Imò ſtatuis, & imaginibus honorari 168
Relegati etiam ſtatuis honorari poterant. permittebatur, *L. relegat.*17. *dig. de interdict. & relegat.* ubi *Retes lib.*2. *pag.*126. *in impreſſione lugdunenſi* plures circa hunc honorem cummulans eruditiones; à cujus ſenſu in hoc diſcrepare videtur eruditus *Nicolaus Antonius de exilio lib.* 2. *c.* 14. *n.*20. videndus *& c.*13. *n.*13. de ſtatuis in urbe, vel extra erigendis doctè diſſerens. Undé relegatus dicitur, qui in exilium ſalva civitate abiit, prout accipitur *L.*4. *Si quis cautionib.* comprobatur & ex *Ovidio* 4. *triſt. eleg.*9.

Omnia, ſi neſcis Cæſar mihi jura reliquit:
Et ſola eſt patria pœna carere mea.

Et 5. *triſt. eleg.*11.

Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit.

Philoſophos, Rethores, alios & præclaros viros relegatos refert poſt alios, quos citat, *Retes de interdict. lib.* 2. *c.*1. *ad L.*5. *pag.*94. ubi tamèn non meminit *Tullii*, qui cum lege Claudia relegatus eſſet, orto dubio toga nè indutus incederet; ſe non aqua, & igni interdictum eſſe, reſpondit: ex quibus relegatum toga uſum eſſe luculentér elici videtur.

Nè tamen hanc materiam omnino indiſ- 169
curſam relinquere videar, ideo brevi ſtillo attingendam

tingendam duco. In primis objicitur vulgò *tex. in L. 5. dig. de capite minutis*, ubi Paulus: *ſed & in capite minuuntur, quos ſenatus hoſtes judicavit, vel relegati utiquè uſquè eò, ut civitatem amittant. Franciſcus Hottomanus* vir totiûs antiquitatis peritiſſimus *lib. 2. obſervat. c. 4.* exiſtimat, quòd relegatus jure civitatis aliquandò privari poterat; nempé ſi relegatio, moris ut erat, perpetua foret. Aſt communitèr exploditur, eó quód Florentinus liber non habet verba, *vel relegati*, ſed alia nempé: *lege lata*. Quaſi ſenſus ſit, minui eos capite, qui Senatu, vel lege lata hoſtes ſunt judicati. Et quanvis *Hottomanus* hoc improbet; aſſerens, hoſtes more Romano, non legibus, ſed Senatus Conſultis judicari ſolitos; de hoc dubitat elegantiſſimis utens verbis *Nicolaus Antonius de exilio lib. 2. cap. 13. n. 10.* qui illam Florentinam lectionem teſtimonio ductus Accurſii tuetur; affirmat enim *Accurſius* vidiſſe ſe prædicto modo ſcriptum codicem ferè irrefragabilis fidei, qui aſſervatur Florentiæ: idem tenet *lib. 2. cap. 3. n. 3.* & *Marc. LycKlama lib. 3. membran. ecloga 35. §. 2.*

Agitur de leg. 5. dig. de capite minutis.

170 Secundò objicitur *textus in L. 1. § qui operas dig. ad Senatus conſult. Tertul. & Orphic.* ubi filius relegatus non ſummo jure, ſed begninè ad matris hæreditatem admittitur. Quæ difficultas, cujus ut roboris ſit facilè agnoſcatur, meminiſſe oportet; quòd *lege 12. tabular.* non poterant filii ad matris ſucceſſiones admitti, quidquid aliud

Latè agitur de L. 1. §. qui operas dig. ad Senat. Conſ. Tertul.

eſſet de jure prætorio ex capite undè agnati: verùm *Marci Antonini philoſophi,& Comodi* temporibus, *Conſulibus Orphito,& Vettio Rufo,* anno ſalutis noſtræ 179. jus legitimorum hæredum datum eſt, ut matris hæreditatem legitimam caperent tàm filius, quàm filia; ut repetitum eſt etiam *in leg.* 1. *Cod. ad Orphit. & in principio inſtit. eod. Arias de Meſa lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. qui numeris ſequentibus videndus circa difficultatem, quæ haud levitér oritur *ex L. Titia* 13. *dig. de inofficioſ. teſtam.* Quo poſito; ait *Ulpianus in dict. §. qui operas,* non ſummo jure, ſed begnina interpretatione matri ſucceſſurū filium capitali crimine damnatum,& non reſtitutum: quòd quidem intelligi non poteſt in filio deportato: túm quià deportatus non capit hæreditatem matris, ſicút nec mater filii deportati, *L. cum Ulpian.* 16. 171
dig. de interdict. & relegat. L. edicto 13. *dig. de bonor. poſſeſſion.*: tùm quia *Ulpian. in verſ. idem* ipſum filium alium in ſua poteſtate retinere ait; deportatus autèm filios in poteſtate non retinet *L.* 1. §. *filium* 8. *dig. de bonor. poſſeſſionib. contr. tabul. L. Gallus* 29. §. *& quid ſi tantùm dig. de liberis & poſth. L. ſi pater* 9. *Cod. de ſentent. paſſis,* §. 1. *inſtitut. quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur,* ubi *Harpprect. n.* 9. *&* 10. *Retes de interdict. lib.* 1. *cap.* 6. *Antonius Nicolaus de exilio lib.* 2. *c.* 7. *n.* 8. *&* 9. *Pegas de competent.* 2. *p. c.* 98. §. 3. *n.* 18. quod ſecùs in relegato, juxta §. *relegati autem inſtitut. quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur,* latèque probavimus *n.* 164. Quibus ita jactis.

Deportatus nec matris capit hæreditatem, nec filios ſub poteſtate habet.

Tunc ſic objicitur: ſi relegatus civis eſſet Romanus, omniaquè retineret jura, cur begnina interpretatione, & non ſummo jure ſuccedit matri?

172 Hanc difficultatem inſuperabilem dicit *Retes de interdict. lib. 2. ad leg.* 16. *pag.* 125. agnoſcit enim, de relegato conſultum loqui: nàm & ſi de capitali crimine damnato loquatur; latiné tamen loquentibus, capitalis dicitur ſententia, quæ exiſtimationem lædit, *L. licet* 103. *dig. de verbor. S.* & etiam ea, quæ ad exilium damnat, *L.* 2. *dig. de public. judic.* Undé cum exiſtimationẽ relegatio lædat *L.* 5. §. 1. *dig. de var. & extraordin. cognit.* nil mirùm dicatur capitalis ſententia, quâ quiſquam relegatur *dict. L.* 2. & *L.* 4. *dig. ſi quis cautionibus*, *L. hos accuſare* §. *omnibus dig. de accuſat.* quanvis alio in ſenſu relegatus pænam capitis non pati dicatur *L. edicto* 13. *dig. de bonor. poſſeſſion. L.* 2. *dig. de pænis L.* 28. §. 1. *eodem tit.* noviſſimè eruditus nimís *Joannes Vande obſervat. jur. Romani lib.* 3. *cap.* 7. quæ omnia ſic docet *Retes*, nemine tamen relato; cum potuiſſet, imo deberet laudare *Oſuald. ad Donel. lib.* 18. 4. 10. à quo ipſe certé mutuatus fuit; & quem non convincit *Oros lib.* 2. *c.* 5. *ſub. n.* 11. Inſuperabilem igitur, quam vocavit difficultatem, non ſolvit *Retes*; rationem tantúm dubitandi, quæ apud *Ulpian.* eſſe potuiſſet proponens: cur verò ex begnina interpretatione, & non ſummo jure filius admittendus eſſet, non aperit. Undé verum

Capitalis ſententia quænam dicatur.

puto doctum *Retes* tunc adhuc temporis rem non penetraſſe: quia tamen poſt opuſculum *de interdictis* confectum, vidit *Nicolaum Anton.* maturiús re conciderată,rem auxit,*lib.* 3.addés, ubi *excurſ.* 2. *illat.*4. prædictum *text.* in *dict.* §. *qui operas* doctiſſimè expoſuit.

Accurſius, Bartolus, & antiquiores, quos 173 ſecutus eſt *Cujac. tract.*5. *ad Aphrican. in L. edict.* 13. *& in L. non cogendū* 12. §. *fin. dig. de bon. libertor.* begninam illam interpretationem accomodant ad alteram *text.* ſpeciem; ad cauſam ſcilicèt ejus, qui operas ſuas locaviſſet,ut cum beſtiis pugnaret. Hanc tamén ſolutionem,quam defendere etiam in recta gramaticæ ſtructura auderem, cōmuniter reprobant; eò quòd ineptus eſſet ſcribendi ille modus, & à regulis artis gramaticæ multum devians, *Nicolaus Antonius lib.* 2. *de exilio c.*7. *n.* 3. *Petrus Faber*, *& Nicolaus de Caſtro ad ducti per Retes dict. lib.* 3. *excurſ.* 2. *illat.* 4. *num.* 20.

Ipſe autém *Nicolaus Anton. dict. c.*7. *n.*4. refert 174 Græcorum quandam ſolutionem, amplexus quam fuerat *Scipio Gentilis*, poſteaque benè refutaverat *Retes ubi proxime:* alteram ipſiûs *Nicolai Antonii n.* 3. quæ priús præſtita fuit à *D. Athanaſ. de Oteiza, & Olano lib.* 4. *paralipomen. c.* 11. *ex n.* 36. textum intelligente de deportato, cui bona adempta non fuerunt, ſed expreſſé reſervata,optimé etiàm reſpuit *Retes.* Dicerem ego, quod Senatus conſulto Orphiciano filii infa-

miâ

miâ notati excluſi erant ex *dicto* § *qui operas*, junctis rationibus accuraté adductis per *Retes dict. illat.* 4. *n.* 13. & 14. Undé intelligendus *Ulpian.* de relegato ex cauſa,& crimine famoſo ; nàm relegatus ex non famoſo crimine, infamiâ nõ notabatur, ut erudité,& laté multis comprobat *Nicolaus Antonius de exilio lib.* 2. *c.* 14. *per tot.*; qui quidem relegatus ſic infamia notatus , & ſi verbis Senatus conſulti excluſus eſſet, cúm tamén civitatis jus, & ſucceſſionis retineret *L. edicto* 13. *dig. de bonor. poſſeſſion. cum ſimilibus* begniné indé admittitur ad ſucceſſionem maternam: alii veró relegati, quorum minuitur tantúm,& ſecundum quid,exiſtimatio *L.* 5. §. 1. *dig. de var. & extraordinar. cognit.* cum nullâ notentur infamiâ, Senatuſque conſulti non comprehendantur verbis, ſummo jure ad matris hæreditatem ſunt admittendi.

175 Ex quibus facilé jam eſt cognoſcere , cùr etiam begniné admittatur,qui operas, ut cúm beſtiis depugnaret, locavit. Et ſi enim iſte jus ſuccedendi haberet *L. in arenam* 11. *Cod. de inofficioſ. teſtam. Retes ubi ſuprá, Amaya in L. unic. Cod. de venatione ferarum lib.* 10. *n.* 15. & *in L. unic. Cod. de infamibus n.* 50. *eodem lib.* juſta tamén dubitandi ratio apud *Ulpian.* movebatur, àn jus haberet ſucceſſionis ex *Orphic.* operas qui ſic locaverat, ad exemplum illiûs, qui ad beſtias damnatus reperitur, qui tanquàm ultimo ſupplicio affectus,& pænæ ſervus ſuccedere non poteſt, ex

Ad beſtias damnatus ſervus eſt pænæ.

L. qui

L. qui ultimo dig. de pæn. & dictũ eſt *n.* 165. quaſi operas ſic locantes, ſe ipſos ultimo ſupplicio damnent, ſanguinem, & vitam promercalem exhibentes, ex *Bulenger. Petr. Fabr. & Oſuald. Amaya in L. unic. Cod. de infamib. lib.* 10. *n.* 50. quod reſpiciens *Juvenal. ſatyr.* 8. ait.

Quanti ſua funera vendant
Quid refert nullo cogente Nerone?

Et *Divus Ciprian. epiſt. L. ad Donatum*: *Quid illud, orote, quale eſt ubi ſe feris objiciunt, quos nemo damnavit ad beſtias? Ætas integra, honeſta ſatis forma, verbo pretioſa viventes in ultronem funus.* Cùm igitur locatio operarum tantam habeat ſimilitudinem cum damnatione ad beſtias, ex hac què damnatione poſt reſcriptum Divi Pii, ſucceſſionis jus amitteret ſic ad beſtias damnatus, *L. ſi quis* 25. 176 *§. ſi quis planè dig. de acquirenda hæreditate L.* 3. *dig. de his, qui pro non ſcriptis hab.* ex quo proceſſerunt *L. ejusqui § fin. dig. de pæn. L. ſunt quidam, L. qui ultimo, & L. in Metallum dig. de pæn. Amaya in dict. L. unic. Cod. de infamib. n.* 15. *Chavarri in didaſcal. p.* 2. *c.* 16. *&* 17. *Retes* 1. *opuſculor. c.* 22. *n.* 6. non abſoné indé dubitatum, àn operarum locator jure ſucceſſionis careret in Orphiciano?

Locatio operarũ ad pugnandum cum belluis ſimilis eſt damnationi ad beſtias.

Eò maximè, quiá infamiâ notati verbis Se- 177 natus conſulti non admittebantur: prædictâque ex locatione magna certè proveniebat infamia, *L.* 2. *§. fin. dig. de his, qui notantur infamia, L. in arenam Cod. de inofficioſ. teſtam. Chavarri dict. cap.* 16. *n.* 1. *in fin. Amaya in dict. L. unic. de infamibus num.* 50.

Retes

Retes de interdictis dict. lib.2. ad leg. 16. *illius tit. Arias de Meſa lib.*2. *c.*16. *n.*28. & hoc ex ipſa ſola locatione, & ſi ad pugnam non perveniret *L.* 1. §. *beſtias dig. de poſtulando* cum aliis juribus adductis per doctiſſimum *Ramos ad ll. Jul. & Pap. lib.*2. *cap.* 30. *n.*2. quia eò ipſo quòd locaverat, ſanguiné venalem exhibuit *Oſuald. ad Donel. lib.*18. *c.* 3. *lit. bb.* quidquid aliud eſſet in eo, qui in ſcenam poſt locationem noluit prodire *L. qui autem* 3. *dig. de his, qui notantur infamia, ubi Bruneman. Oſuald. lib.* 18. *cap.*7. *lit. A. Faber in rationalib Ramos ubi ſupra,* qui cum *ſeraquel. Carocc.* & aliis, tam Græcis, quàm Latinis rationem differentiæ proſequitur; & ex *n.* 4. adducit, & exponit difficilem *text. in L. mater* 10. §. 1. *dig. ad leg. Jul. de adulter.* Undè filius arenarius patris teſtamentum inofficioſum non dicit *dict. L. in arenam:* imó quo ad leges novas, operas ſic locans in numero filiorum non computabatur, prout cernere eſt *in L. Julia de maritandis ordinibus,* quæ inter alia, illud cùm præmium propoſuiſſet libertis, ut duobus liberis ſuſceptis, ab operarum præſtatione liberi, exemptiquè manerent; parenti non prodebat filius, qui ut cum beſtiis pugnaret, *Locans operas ad pugnandum cum beſtiis in numero liberorũ aliquãdo non erat.*
178 operas locaverat, *L. qui libertinus* 37. *dig. de operis libertor. Arias de Meſa lib.*2. *variar. c.*16. *n.* 27. & 28. *Ramos ad ll. Jul. & Pap. tom.*2. *libr.*4. *reliq.*9. & *rel.* 17. *n.* 4. quaſi ſic infames in numero liberorum non eſſent. Quod confirmationem recipit ex cognatione, quám inter ſe habent locatio, &

venditio

venditio ex *L. veteres cum lege ſequenti dig. de actionib. empti*, *Pactonus de locato cap. 2. Altimar de nullitat. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 17. á n. 41.* Eum veró, qui ſe vendidit, ut cúm beſtiis pugnaret, ſervum fieri, ac ſi ſe venderet ad pretium participandum dicunt *Petrus Faber 2. Semeſtr. cap. 12. in fin. Retes de interdict. lib. 2. ad L. 16. illiùs tit. pag. 124.* imó *Nicolaus Fernandes de Caſtro ad L. unic. Cod. de gladiatorib.* opinatus fuit, locantem operas ad pugnandũ cum beſtiis, ſervilis conditionis, ſervumque pœnæ fieri: á quo tamèn meritó recedit *Retes de interdictis lib. 3. excurſ. 2. n. 15.*

Quibus tamèn non obſtantibus: decidit 179 Conſultus benignè filium ad matris hæreditatem admittendum, cùm civis Romanus ſit, juraquè ſanguinis retineat. Ultra quam quod dici poteſt; tám relegatum, quám operas locãtem admitti rigore juris etiam inſpecto. Nec contrarium ſuadetur ex benignitate à conſulto contemplata; cùm benigné id fieri dicatur, quod æqué, & humané fit, etiam ſecundum jus, *L. 5. dig. delegat. 3.* nequé verba Orphiciani ad duriorem interpretationem produci permittit juris benignitas, cùm ad liberorum favorem fuiſſet latum, *ex L. nulla 25. dig. de legib.* quæ de omni jure ſcripto intelligẽda eſt, prout cúm *Accurſ.* tenet *Connan. lib. 1. commentar. cap. 11. n. 3.* imò & quod magis eſt, benignè dicitur etiam fieri illud, quod neceſſariò faciendũ eſt, *L. 25. §. ſi duobus dig de adminiſtrat. vel periculo tutorũ.*

Begnitas diverſimodè in jure accipitur.

Tertió

180 Tertió objicitur *text. in L licet penult. Cod. in quibus caſibus tutorem habenti*, ubi in locum tutoris relegati, alius datur tutor. Undé ſic argumentum conficiunt: ſi per relegationem jus civitatis non amitteretur, duraret utiqué tutelæ jus, in locumquè abſentis tutoris, curator, non verò alius tutor daretur; cúm neque per capitis minutionem tutela infringatur *Novell.* 118. *cap. 4. text. in L. tutelas 7. dig. de capite minut.* cujus legis difficultatem ultra *Cujac. Fabrum, & Govean.* exponunt *Hottomanus lib. 3. obſ. cap 9. Marcus LycKlama lib. 1. eclog. 24. Huberus in Eunomia Rom. ad d. L. 7. Vande lib. 3. cap.* 13. qui noviſſimam præſtat intelligentiam. Hæc difficultas magni momenti viſa eſt apud aliquos; nám *Hottomanus* loco jam citato, ab hac Scylla timens, impegit Charybdi, exiſtimans (& recté) textum intelligendùm de relegatione perpetua, per quam civitatem, & honores (in quo fallitur) amitti contendit *per L. 5. dig. de capite minut.* contra veterem, veram, fidamqué illius legis lectionem. *Cujac. ad tit. de excuſationib.* accipiendū ait relegatum pro deportato; quem refutat *Nicolaus Antonius de exilio lib. 2. cap. 3. n. 2.* Reſpondendum itaque eſt, quòd relegatus civitatem retinet, ſtatum, jura, honoreſqué civis, quia tamén abeſſe cogitur, neceſſitate abſentiæ, favoreque pupilli, removetur à tutela, *Antonius de exilio dict. cap. 3. n. 4.* á quo tamèn diſcedo, dùm inſimul rationem pœnæ in hoc conciderat;

Diſputatur an relegatus tutor eſſe deſinat.

N quia

quia pœna relegationis ad hoc non extenditur, cúm ſolúm abſentiæ cauſâ alius detur tutor: & hoc ſivè abſentia ſit propter relegationem, ſivè propter cauſam reipublicæ *L.* 1. *Cod.* 181
*in quibus caſibus tutorem habenti, Peres ad illum titulum n.*3. qua propter relegato, ſicút & abſenti cauſâ reipublicæ conceditur reſtitutio *L.*26. §. 1. *juncta L.*39. *&* *L.* 40. §. 1. *dig. ex quibus cauſis maiores*; quidquid alii in deportato dicant per *L. Papinian. dig. de minorib.* de quorum jurium intellectu videndus poſt *Fabr. Oſuald. lib.*21. *cap.*5. *lit. H. Dominicus Galeſius de reſtitution. in integr. cap.* 8. *n.* 61. Utrum verò transfuga tutor maneat, vel alius in ipſius locum nominari debeat, & circa intellectum *text. in L. ſi quis tutor* 15. *dig. de tutelis* diſputant *Treutler. volum.* 2. *diſp.* 8. *theſi* 7. *liter. F.* ubi *Bachov. Cujac. lib.* 4. *obſ. cap.* 9. *Donel. lib.* 3. *cap.* 14. *Harppreсt. in* § 4. *ex n.*5. *inſtit. quib. mod. tutel. finitur.*

Pauliſpèr tamèn hîc ſubſiſtendum; non 182
L. 32. §. *tutores dig. de adminiſtr. tutor.*
enim temere derelinquendus eſt *text. Modeſtini in L.*32. aut 33. §. *tutores duo fin. dig. de adminiſtratione, & periculo tutorum*, ubi relegatus nequé à tutela removetur, nequé actor ab eo conſtitutus poteſt à contutore conveniri, dúm tutela non finitur pubertate. Quo loci *gloſa verb. non poſſe*, tanquam generalem doctrinam ponit; relegatum ſcilicet retinere tutelas, cúm jus retineat civitatis. *Textus* iſte diverſimodé intelligitur à *DD.* mihi veró ſemper placuit eorum intellectus, qui de relegato ad tempus

hunc

Digitized by Google

hunc *textum* accipiunt; textum verò in *dict. L. penult. Cod. in quibus caſibus tutores*, de relegato in perpetuum; in quo cum *Hottomano, & Antonio* convenio. Quæ quidem diſtinctio apertè probatur *per L. in locum. 3. Cod. qui petant tutores, & L. planè 32. dig. de excuſat. tutor. §. interdùm in fin. inſtitut. de curatorib.* Si itaquè relegatio in perpetuũ fiat, alius neceſſariò adhibendus eſt tutor, non
183 ratione pœnæ, ſed neceſſitate perpetuæ abſentiæ, quaſi finitâ per relegationem perpetuam tutelâ: ſin verò relegatio fiat in tempus, quod pubertatem (ut ego opinor) non excedat pupilli, alius non adhibendus tutor, cum dari non poſſit tutorem habenti *L. idem fiet 27. dig. de teſtam. tutel. L. cum jura Cod. qui petant tutores*, cum aliis juribus rationem aſſignans *Harprect. in §. interdum n. 5. & 6. inſtit. de curat.* ſed actor conſtituendus eſt juxta dictum §. *tutores*: cautè & ideò intelligendus eſt *Eſcovar. de ratioc. c. 6. n. 16.*

Tutore in perpetuum relegato, alius adhibetur tutor.

184 Quærit hîc *Nicolaus Antonius de exilio dict. cap. 3.* quarè Imperatores dicant in *dict. L. licet penult.* dari tutorem *in locum excuſati, vel defuncti, vel relegati*, ſupponentes relegatum non excuſari: alias enim fruſtrà, & vitioſè diceretur: *excuſati, vel relegati.* In qua re multum impendit Doctor ille, concludens pro Imperatorum defenſione, accuratè dixiſſe relegatum non excuſari, eò quòd excuſatio illa dicitur, quæ favore tutoris in privilegium immunitatis conceſſa eſt, quarum numero relegatio non comprehenditur,

L. pen. Cod. in quibus caſ. tutor.

ditur, cùm ſit pæna; indequè opus non eſt, ut eam relegatus proponat coram Prætore, 185
quod in cæteris fit cauſis, *L.* 11. *Cod. de excuſat. tutor.* §. 16. *inſtit. eodem.* Me tamèn à doctiſſimo viro arcet, quod tám apud Latinos, quam Conſultos propriè relegatum á tutela excuſari dicatur, *text. in L.* 10. §. *ſcribit autem, L. planè* 32. *dig. de excuſat. tutor. Tullius phelip.* 5. *ſunt*, inquit *lecti judices, qui fortaſſe excuſabuntur; habent enim legitimam excuſationem exilii.* Tollendæ igitur vel dubitationis, vel maioris explicationis gratiâ, reſcripſerunt Imperatores in locum excuſati, defuncti, vel relegati alium tutorem adhibendum.

Relegatus non proponit excuſandæ tutelæ cauſam.

Prædicta tamèn omnia maximè conturbari videntur per *Ulpian. in L. ſi fortè* 14. §. 3. *dig. de ſolution.* ubi expreſſé rejicitur diſtinctio relegationis in perpetuum, & ad tempus; & utroqué caſu non tutorem, ſed curatorem dandú eſſe deciditur: ex quo planum fit, per relegationem perpetuam non finiri tutelam. Tentavit primo loco *Nicolaus Antonius dict. cap.* 3. *n.* 7. *dict. L.* 14. intelligere de caſu, quo duo eſſent tutores; quaſi tunc, tutore exiſtente, curator ſolùm dari debeat in locum relegati in perpetuum; tutorem enim habenti alius dandus non eſt: quod quidem quanvis in ſe verum ſit *juxta L.* 9. *dig. de tutel. & L.* 32. §. *fin. dig. de adminiſtrat. & periculo tutor.* non parùm tamèn divinationis habet. Quapropter dicendum eſt curatorem *in dict. text.* pro tutore accipiendum 186

L. 14. §. 3. *digeſt. de ſolution.*

quoad

quoad relegationem perpetuam; cùm in jure multoties curator pro tutore accipiatur, ſicut & tutor pro curatore: hocquè ſenſu plurimæ interpretantur leges, ut agnoſcunt ipſe *Nicolaus Antonius dict. cap. 3. ex n. 7. & Donel. lib. 3. cap. 15. ubi Oſuald. Faber in juriſprudentia tit. 12. princip. prim. illat. 7. Cujac. ad L. 8. dig. de excuſat. tutor.*

187 Dúm tamèn incidimus in *dict. L. 32. §. fin. dig. de adminiſtrat. tutor.* non alienum aliqua de altera ipſius legis difficultate dicere: reſolvit enim textus, quòd tutor, tutela durante, convenire non poteſt relegatum tutorem, nequè curatorem, vel actorem pro eo datum juxta regulam *L. niſi 4. dig. de tutel. & rationib. diſtrahend.* cui tamén adverſatur illud, quod generalitér traditur *in L. ſi tutor 9. verſ. in qua autèm, eod. tit. de tutela & rationib.* ubi tutor, qui deſiit tutelam abſentiæ cauſâ, eâ iterùm ſuſceptâ poteſt à contutore conveniri etiam pubertatis tempore, ac tutela durante. Solvitur tamén hæc dubietas ex eo, quòd *dict. L. 9.* ut ex ipſius initio conſtat procedit in eo, qui abſens, puta reipublicæ cauſâ, excuſationem propoſuit, in ipſiuſqué locum alius datus fuit tutor, quaſi primâ extinctâ tutelâ: quo in caſu, etiam ſi redierit, tutelamque denuò aſſumat, ſempér ex prima tutela conveniri poterit: quod ſecus eſt *in L. 32. §. fin.* ibidem etenim tutor relegatus fuit ad tempus, & non excuſatus, ſed impeditus: relegatus enim, ut ſuprà diximus, excuſationem

non

non proponit; ac proindé ſi reſtitutus tutelam continuet, eadem judicanda eſt tutela, & non nova: ſecus vero eſt in eo, qui excuſatus fuerat, *Colleg. Argentor. ad tit. dig. de tutel. & rationib. diſtrahend. n.* 22.

Replicari tamén adhûc poteſt ex *L. ſi pupillus* 7. §. *ſi tutor, juncta L. ſeq. dig. eodem tit. de tutel. & rationib.* ubi tutor captus ab hoſtibus ſi jure poſtliminii ad eandem redierit tutelam, ea durante conveniri poteſt, ſicut & ipſius fidei juſſores; cúm tamèn eadem ſit tutela: ſtante enim fictione poſtliminii, extincta nunquam fuerat; nequè utiquè tutor abhoſtibus captus excuſationem proponit. Sed ipſe textus rem aperit; aſſerit enim tutelam finiri, poſtliminio non obſtante; poſtliminium enim ſolùm jus captivi conſervat, pupilloqué præjudicare nequit: qua proptér poſt reſtitutionem, nova & non eadem eſt tutela; quod ex eo patet, quia capto tutore non datur curator, ſed novus tutor, quaſi finita ſit tutela ex perpetuo impedimento: cùm per accidens ſit, quod reſtituatur, incertumque valdé, rediturus ſit tutor, nec né: quam obcauſam magis pro perpetuo abſente habetur; túm, ut modo hoc pupillo pleniús conſulatur *Donel. lib.* 3. *comment. c.* 15. *circa finem*, bonus *textus in L. ſi quis tutor* 15. *dig. de tutel.* túm etiam, quia quoties dubitatur ſit né perpetuum, vel temporale impedimentū, perpetuum judicandum *L. ſufficit* 56. *dig. de condict.*

188

Fictio poſtliminii ſolùm ad jus captivi dirigitur.

189 *dict. indebiti*, cùm *multis Berlich. pratic. p.* 3. *concluſ.* 34. *n.* 26. *Gonſales Telles in c.* 1. *de condit. appoſit. n.* 7. Sed dices: ſi in terminis *dict. L.*32. §. *fin. dig. de adminiſtrat. tutor.* curator, & non tutor adhibendus propter non perpetuum impedimentum; cúr à contutore non convenitur? Facilis tamèn eſt ſolutio; curatores namquè, tutorum ad inſtar, conveniri nequeunt, niſi adminiſtratione finita, *L.*2. *& L. rationes Cod. de adminiſtrat. tutor. Peres ad illum titul. n.*17. *Barboſa in dicta L.* 2. *& in L.* 14. *Cod de adminiſtrat. tutor. Altimar. de nullitat. tom.* 8. *q.* 1. *ſect.* 2. *n.* 48. *Montanus infra n.* 229. æquiparantur enim in jure tutor, & curator *L. qui nequè dig. de reb. eor.* Quibus refragari non debet *text. in L. niſi finita in fin. dig. de tutel. & rationib. diſtrahend.* loquitur enim de curatore furioſi, à quo quoties res exegerit rationes peti debent; alioquin nunquàm eas redderet curator, niſi mortuo, vel reſipiente furioſo, cùm incertum utiquè ſit quantum tempus expectari debeat, & quandò cura finitura, *Gutierres de tutel.* 3. *p. cap.* 1. *n.* 110. *Barboſ. in L.* 2. *n.* 3. *Cod. de adminiſtration. tutor. vel curator. Ruin. libr.* 5. *conſ.* 89. *n.*14. Nàm cùm curatore furioſi non tutelæ, vel curatelæ actio eſt, ſed negotiorum geſtorum, quæ competit etiam dúm negotia gerit, doctus *Montan. de tuelis cap.*39. *n.*231.

Impedimentum potius perpetuum, quàm temporale judicandum.

190 Adhúc tamén adverſùs reſolutionem prædictam, quòd ſcilicet relegatus nec jura civitatis, nec honores amittit, objicitur *text. in L.* 2. *dig.*

Relegatus quomodo decurionatum amittat.

dig. de decurionib. ubi relegatus etiam ad tempus, decurionatûs honorem amittit; reſtitutuſquè ad ſuum non admittitur locum. Facilima ſané reſponſio foret, ſi certum eſſet, quod ex aliis ait *Pegas tom.* 5. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 67. *in rubr. c.* 1. *n.* 9. quòd ſcilicet, qui inter reos ſunt, decuriones eſſe non poſſunt, etiamſi in civitate permaneant: de quo ego dubitavi ſempér, contrariumque multotiés obſervari vidi; niſi ex decurionatu crimen reſultaverit, ad ea, quæ notantur per *L. reo* 41. *L. quanvis* 45. §. 1. *dig. de ſolut. Cabed.* 1. *p. dec.* 71. *Tondut. tom.* 1. *quaſt. beneſ. cap.* 44. *n.* 11. & 12 de quo videndi ipſi *Cabed.* 2. *p. dec.* 24. *n.* 9. *Tondut. d. cap.* 44. *Matthæu de regimin. regn. Valent. cap.* 4. §. 8. *ex num.* 26. *Grivel deciſ. Dolana* 60. *Franchis dec.* 8. *Harppreſt. in* §. *hi, qui* 11. *num.* 17. *inſt. de oblig. quæ ex delict. Gutierr.* 1. *praticar. q.* 39. cum multis *Amigant dec.* 3. *ex n.* 9. & *n.* 46. Facili etiá negotio rem hanc delibavit eruditus *Nicolaus Antonius in ſuo tractatu de exilio lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 11. ait enim, quòd licet relegatus non patiatur, quoad ſtatum, minutionem capitis; eam tamén pati in ſtatu dignitatis, & civitatis ex *L.* 5. §. 2. *dig. de var. & extraordinar. cognit.* cúm juxta *Senec. lib.* 1. *de clementia cap.* 15. integer ſit is dumtaxàt, qui omnis expers eſt criminis: indèque relegatum publica munera non ſubire; nec decurionatum retinere: juvat *Amigant dec.* 3. *num.* 72.

Quam etiam ego ſolutionem in tuto poſitam

tam non judico, cùm omnia fermè ſuprà tradita ei adverſentur: quapropter potius dicerem, quòd decurionatus per relegationem ex eo amittebatur, non quia relegatus incapax eſſet honorum civilium, cum etenim etiam is, qui honoribus interdictus eſt, decurionatum exercere poterat, *L. relegatorum* 7. §. *fin. dig. de interdict. & relegatis*, ubi *Retes*, & meliùs *Amaya in L. unic. Cod. de infamib. n.*94. ſed ex eo, quia decurionatui annexa erat reipublicæ cura, tantaquè exequenda onera, ut inviti plerunquè decuriones ob hanc cauſam fierent *Amaya in rubr. Cod. de decurionib. lib.*10. *à n.* 14. *uſque ad n.* 18. quæ quidem adimplere relegatus ab urbe, & à civitate abſens, non poterat, ac indè alius nominabatur decurio, ut reipublicæ conſuleretur: argumento ejus, quod ſuprà de pupillo diximus ex *Donel. argum. leg. ſi quis tutor* 15. *dig. de tutel.* intereſt enim non minùs reipublicæ, quam pupillo plures tutores habere *L. & ſi à patre* 2. *Cod. de teſtam. tutel. Arouc. in L.* 8. §. 1. *n.* 114. *dig. de rer. diviſ.* quidquid dicat *Olea tit.* 5 *q.* 7. *n.* 1.

Si tamèn decurio, relegatione finita, locum
191 vacuum inveniat, admittetur certè: ſecus verò alitér; prout deducitur ex *dict. L.* 2. Decurionatus enim munera, non ad homines, ſed ad rempublicam continuò, & ſine intervallo adminiſtrandam creata ſunt. Undè jure optimo fundatur praxis in non reſtituendis decurionibus temporariis ad tempus, quo decurionatum

tum exercere impediti, etiam injuſté fuere, *Valaſc. conſult.* 155. *Amaya in L.* 2. *n.* 25. *Cod. de decurionib. lib.* 10. ubi *Cabed.* & alios refert; *Pegas tom.* 5. *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.* 67. *in rubr. n.* 7. *in fin. Barboſ. in cap. fin. de judic. n.* 7. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 177. *Creſp. de Valdaur. obſervat.* 11. *Vela diſſert.* 20. *n.* 45. *Fontanel. de pact. nuptial. tom.* 1. *Gloz.* 10. *p.* 1. *à n.* 102. *clauſ.* 4. *Salgad. de reg. protect.* 4. *p. cap.* 11. *num.* 54. Utrùm autém decuriones perpetuos eſſe oporteat, diſſerit *Valenſuel. tom.* 1. *conſ.* 61.

Manet ergò, relegatú civitatis jura abſque ulla mutatione ſtatûs retinere; ac proindé in- 192
dubium cuiquam videbitur ipſum togæ uſú parilitér non amiſiſſe; quod & ego ita crederem, maximé motus *Tullii* reſponſo, cujus ſuprà memini. Cogor tamén dicere *Tullium* non relegatum, ſed exulem fuiſſe; hoc eſt à certo loco interdictum *juxta L.* 5. *dig. de interdict. & relegatis* (de cujus difficultate noviſſimé *Joannes Vande vvater lib.* 3. *obſerv. cap.* 7.) quod ut ita opiner, moveor ex loco *Alexandri ex Alexandro*, hiſtoriæ Romanæ peritiſſimi, qui *lib.* 5. *dier. genial. cap.* 18. ita loquitur: *erat Romana* (de toga loquitur) *gravitate digna, quam propriam habuere, ſicut Græci pallium. Ideòqui Romani cives eſſe deſierant, au civitatis jura amiſerant; quique relegati, quibuſquè aqua & igni interdictum foret togam induere non poterāt: hi enim toga dimiſſa pallium ſumebant.* ubi *Tiraquel.* vir alioquin locupletiſſimus, & omnigena eruditione mirificè refertus nil circa hoc dixit.

Relegatus toga uti non poterat.

Habes

Habes igitur lector; tanti honoris fuiſſe togam, quòd relegatis, qui civitatis retinebant honores, adimebatur, pallio tantùm permiſſo: quaſi indignum eſſet togâ quem uti, integra non ſtante exiſtimatione.

193 Sed jam relegatis derelictis, tranſeamus ad legatos: quærendum igitur ſuccedit, an legati ad Romanos ab hoſtibus miſſi, togâ apud ipſos Quirites potuiſſent uti? Et non poſſe, niſi uſu togæ à Senatu accepto aſſerit *Retes de inter-dict. & relegat. lib.2. ad leg. relegatus* 14. § *fin. pag.* 120. ex *dict. lege ſed ſi accepto, dig. de jur. fiſci* qui tamèn *text.* non de legatis, ſed de obſidibus loquitur, qui á legatis reverá differebant, ut agnoſcit *Hugo Donelus lib.*3. *Comment. jur. civilis cap.*15. *circa finem*: utcunquè tamèn eſſet, certò toga uti non poterant, cùm revera peregrini fuiſſent: facilè tamèn uſus concedebatur togæ; ſi enim ut jam ex *Connano* dictum, facilè hoc impetrabant obſides, facilius concedendum erat legatis, & Oratoribus; eò maximè, quia iſti pacem ad aſſequendam, vel confirmandam plerúnque mitti ſolebant, juxta illud, quod tradit *Portugal de donation. regiis lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 10. dixit & *Poeta*:

Legati ad Romanos miſſi an toga induerentur.

Vox Regum, lingua ſalutis,
Fœderis orator, pacis via, terminus iræ.
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus hoſtis.

194 Quapropter tanquàm muneri proprium, & decens, toga concedenda haud difficultér erat: *Toga pacis inſigne.*

eſt quippé pacis inſigne *Bayſius de re veſtiar. cap.* 9. verbaqué ſunt optima *Jacobi Pignatelli tom.* 1. *conſ.* 111. *n.* 19. ibi: *Finis autèm, qui movit gentes ad habendos legatos pro ſacroſanctis, non alius eſt, quám ut publicum negotium peregrè, & auctoritate publica liberè agant; ſed in toga, non in ſago.* Obſtare tamèn videtur illud, quod de Octavio tradit *Suetonius* dicens: *Romæ legatos liberarum, ſociarumque gentium vetuit in orcheſtra conſidere.* Erat autem orcheſtra locus undé Senatores ſpectabant arenæ in amphitheatro, & ſcenæ in theatro proximus. *Calvin. infra*, & *Ramos* proxime citandus *n.* 2. Aſt hoc notabile traditur ex cauſa juſſum, quam idem continuat *Suetonius*, dúm: *cum quoſdam*, ait, *etiam libertini generis mitti deprehendiſſet.* Advertere oportet, quinam ad legationes mittantur, ne ipſis deſpectis auctoritas mittentis lædatur. Aſt illud Auguſti inſtitutum Claudii temporibus in deſuetudinem abiit, ut eruditè oſtendit hæc exponens *Retes opuſc. lib.* 1. *miſcell. cap.* 23. *num.* 22. qui *n.* 21. orcheſtram definit; & videndus *n.* 20. circa ſedilia Senatorum: videndi etiam circa orcheſtram *lexicon Calvin. verbo orcheſtra*, & *Ramos ad L. Jul. & Pap. lib.* 1. *cap.* 29. *uſque ad num.* 3. ubi citant noſtri juris loca.

Orcheſtra quid eſſet?

Quid verò ſi legatus ante acceptum uſum togæ, eam induat fortaſſé ex Principis ſui mádato? Togâ proindé certé ſpoliandus nó erat, propter jus gentium, quod ſempér apud Romanos, etiam republicâ offenſâ, prævaluit, ut refert 195

Plura de immunitate legatorum.

refert *Livius* de legatis Tarquinii *lib.* 1. & *lib.* 18. obſervatum tradit à *Scipione* cognominato *Africano* apud Carthaginenſium legatos: ipſisquè legatis impunè licere, quidquid ſibi à Principe mandatum eſt, ſivè per fas, ſivè per nefas exequi, ac perficere contendit *le Fayer de legat. cap.* 6. Indè legatus *Juſtinian. apud Procopium lib.* 1. *de bell. Gothor.* ait: *oratorem qualiacumque a Principe ſedelegante acceperit proferre debere; quæ ſi minùs proba, & recta videntur, non ipſe propterea jure incuſandus, ſed qui miſerit fortè culpādus.* Inſignia proindé à ſuo Principe demandata negligere non debet *Peres ad tit. Cod. de conſulibus n.* 14. Verùm quidem eſt ora-
196 torem ingenii, eloquiiquè viribus omnia moderamine prout occaſio ferat, gerere teneri, né Principem in diſcrimina, neceſſitate ſemota, injiciat: doctos quapropter, prudentes, ingenio, eloquentiaqué præditos mitti oportet *Portugal de donat.* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 12 *Bullenger. de Imperatore Roman. lib.* 4. *cap.* 21. *Caſiodor. lib.* 6. *epiſtol.* 9. *Carol. Paſchal. de legat. cap.* 15. *Marſelier de legat. lib.* 1. *differt.* 25. Nuſquam tamèn, prout dicebamus, in legatorum perſonas aliquid, juregentium ſervato, animadverti poterat juxta reſponſum *Pomponii in L. fin. dig. de legation.* cui accedunt *L.* 7. *dig. ad leg. Jul. de vi publica, L. Sanctum dig. de rerum diviſ. Bartol in L. conventionum dig. de pactis, Gondiſal. de legat.* 2. *p. q.* 5. *n.* 10. *Laudenſ. de legat. q.* 5. & 28. *Le Fayer de legat. cap.* 4. *Alexander ab Alexand. dierum genial. lib* 5. *cap.* 3. ubi *Tiraquel. lit. H. Petrus Gregor.*

Gregor. de republic. lib. 11. *cap.* 10. *n.* 14. *Grotius de juri bell. lib.*2. *cap.*18. *n.*4. *Portugal de donat. lib.* 2. *cap.* 35. *ex n.*13. *Pegas tom.* 13. *ad ordin.lib.* 3. *tit.* 4. *in rubr. ex n.*5. *Arouca in L.*8. §. 1. *á n.* 115. *dig. de rer. diviſ. Salſed. in theatr. honor. gloſ.* 26. *n.* 12. & *gloſ.* 27. per totam, *Schomborn. lib.*3. *politit. cap.* 27. *Marſelier de legat. lib.* 2. *diſsert.* 13. *Diana reſol. moral. tom.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 2. *Ferret. c. de orator.* Undé meritò *Cicero* 3. *Verr.* ait: legatorum jus humano, divinoqué vallatum præſidio eſſe; indéque meritò exprobatur jus gentium violatum *á Tarentinis, Myricis, Corinthiis, Mithridate, & Franciſco* Galliarum *Rege:* é contra verò laudatur *Paulus IV.* Pontifex Maximus per *Thuanum* 17. *hiſtor.* plurima cumulans *Franciſcus Maria Cirinus in nexu rer. eccleſiaſt. juriſdict. c.* 5. *n.* 1. 197

Veſtes exteræ plerunque exulandæ.

Quinimò laudandus utiqué eſſet togæ uſus in legatis apud Romanos: quanvis enim exteræ veſtes exulandæ; laudabilequé ſit propriæ nationis veſte ornari, ut poſt alios *Salſed. de nutrit. Princip. cap.*17. *Gregor. de republic. lib.*4. *cap.*11. *n.* 2. & 3. adducentes illud *Virgilii: aut vertere veſtes*; & illud *Quinti Curtii de reb. Alexandri lib.*6. *c.*11. ſicut & Domini *Sophon. cap.*1.8. dicentis: *viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina*: quod quidem tenaciter cuſtodiunt Ungari, & Poloni teſte *Henriq. de molendin. q.* 12. *ſub n.* 3. ubi refert quod in Helvetica republica ſancitum, neminem ad honores promoveri, ſi avitum habitũ veſtimentorũ mutaverit: nihilominús tamén 198

legati

legati & oratores animos, eorum ad quos mittuntur, ut concilient, eiſquè morem gerant, ipſorum veſte laudata uti oportet. Undè ad dicterium tranſivit *dùm fueris Romæ, Romano vivito more*: veſtibuſquè pro more regionis utendum commendat *Gregor. Lopes ad L.18. tit.21. partit. 2. verb. de ſus lugares.* Quod apud Romanos non parum adulationis habebat: quapropter multi ex Regibus exterarum gentium, ut Romanis obſequerentur, utebantur toga, & togati ad Imperatores accedebant, ut refert *Eutropius in Auguſto, VVolfang. Lazius lib. 8. commentar. reipublicæ Romanæ cap. 3. n. 50. pag. 701. in fin.* Et utcunque ſit; ſemper magnifica veſte incedere legatum oportet, ut etiam Principis mittentis
199 magnificentiam, & auctoritatem in exteriori cultu extollat *Anaſtaſ. Germ. de legat. lib. 2. c. 11. á n. 2. Salſed. in theatr. honor. gloſ. 28. n. 3. & 4. Carol. Paſchal. de legat. cap. 22.* cujus imaginem ipſe refert *Beſſold. in diſſert. de legat. cap. 3. n 6. Paſchal. de legat. cap. 38. Benavides inadvert. ad Principes, & legatos c. 11. pag. 228. VVicquefort* in eleganti *tract. L, Ambaſſadeur 1. p. ſect. 1. pag. 5.* qui omnia ad legati munus pertractat, *Zachias de ſalariis q. 53. n. 21. de Vera de Ambaſciatore diſcurſ. 3. Valenſuel. conſ. 201. n. 26. Albericus gentilis lib. 1. cap. 18. Pignatel. tom. 1. conſult. 111.*
200 *n. 5.* Principis verò majeſtatem in exteriori, lublimioriquè cultu adauctam oportere, in confeſſo eſt apud omnes, inter quos *D. Thomas 2. 2. q. 168. in corpore, Salſed. de nutrit. Principis cap. 17.* & eſt

Exterior cultus in Principe laudandus.

Princeps in oratore repræſentatus.

eſt apud Hiſpanos *L.8. tit. 7. p. 2.* noſter & *Tullius Luſitan. de Regum inſtit. lib.* 2. ſic ait: *veſtium autèm nitor, & omnis corpus cultus itá excellat, ut efferat illiùs animum, & ſuperbum, & arrogantem efficiat:* & diximus *ſuprá ſub num.* 15. *verſ. Fateri.* Utrùm autèm legatus à Romanis miſſus apud exteros togatus incederet? poſteà dicendum.

De figura, ac forma togæ.

Toga, quâ Romani ad elegantiam, & digni- 201
tatem utebantur, vel non eâdem formâ, vel cópertum non eſt quomodo texta, inſutaque fuiſſet: alii enim eam rotundam dicunt; alii verò ſemicircularem, quadratam vè fuiſſe contendunt: & inudante ſinu, quòd ſub dextero veniens ſuper ſiniſtrum humerum ponebatur. Quarum figuras, ſive ſtructuras nobis exhibent *Roſinus lib.* 5. *antiquitatum c.* 32. *circa finem, Octavius Ferrar. de re veſtiar. lib.* 1. *cap.* 1. *uſque ad cap.* 10. *Bayſius de re veſtiar. cap.* 10. *Albertus Rubenius de re veſtiaria lib.* 2. *c.* 6. 7. & 8. Statim latius dicemus.

Materia togæ.

Materia lanea fuit; quod *Martial.* variis in- 202
dicat locis, & *Varro* dùm ſcribit: *Toga lana, quòd de lana multa; duarum enim togarum erat inſtar.* Idem probant *Roſinus dict. c.* 32. pluraquè cumulans *Octavius Ferrar. lib.* 1. *cap.* 17. ſignantèrque idem *Martial. lib.* 8. *epigram.* 28. de Partheniana toga:

Dic toga facundi gratum mihi munus amici.
Eſſe velis cujus fama decuſquè gregis?
Apula ledæi tibi floruit herba Phalanti,
Qua ſaturat Calabris culta Galeſus aquis?
An Tarteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi.

Batis

Batis in Heſperia te quoquè lavit ove?
An tua multi fidum numeravit lana Timavum,
Quem priùs aſtrifero Cyllarus ore bibit?

203 Ad formam iterùm redeuntes, quam quadratam teſtatus eſt etiam *Athenæus*, noſtrum judicium interponere non poſſumus: certum tantùm eſt enim rem in difficili inveſtigatione fuiſſe; & quam fermè intactam reliquit *Bayſius*: nàm parvæ illius veſtimenti reliquiæ extarunt teſte *Lazio dict. c.* 3. A ſúmo ad imum togas integras, nulla ſciſſura, & nullis manicis fuiſſe, credit *Aldus Maut. in diſſert. de toga Romanor.* quod *ex Gellio, Pediano, Plutarcho, Livio*, & aliis *probat. Tertulianus* verò *de pallio*, & ad eum *Lacerda*, *Claudius Salmaſius* cum animadverſis *KercKoctii*, & *confutationib. Franciſci Franci, Joannes Mercerius, Edmundus, Richerius, Manuntius de quaſitis, Sigonius de judiciis*, ita rem implicarunt, ut ſe extricare non poſſint, ſed irretiti hæreant, nõ ſecùs ac Agamemnon apud Tragicos. *Iterum de togæ figura agitur, & latius.*

Manicatam è contra fuiſſe togæ formam

204 adſerit *Crinitus*: *Manutius* verò, & alii, quorum ſententiam cum *Petro Victorio*, & *Carolo Sigonio* veriorem dicit *Albertus Rubenius lib.* 2. *cap.* 6. quadratam fuiſſe aſſerunt; benè ducti, an decepti *Athenæi* loco, neſcio. *Salmaſ.* & alii de quibus infrà, rotundam contendunt, quibus favet, túm *Tertullianus* togam *teres pallium* appellans; túm deſcriptio *Iſidori*, & aliorum, qui togam definiunt: *pallium purum, forma rotunda, & fuſiore*:

quibus adſtipulatur etiam *Quintilianus lib.* 11. Sed quadratam iterum reaſſumunt *Octavius Ferrar. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 4. *Theatr. vita human. tom.* 4. *verb. inſignia pag.* 609. *Albertus Rubenibus de re veſtiar. lib.* 2. *cap.* 6. ut rem melius exponeret, priús, ait, inveſtigandum fore, quænam quadratæ dicerentur veſtes: in qua re mirum eſt diſſidiũ inter *Adrianum Junium lib.* 1. *animadverſion. cap.* 13. *Salmaſium*, & cæteros ad *Tertul. in libel. de pallio.* Peritiſſimus autèm *Ferrarius lib.* 1. *cap.* 4. ab omnibus fermé diſſentiens, ex *Tertul.* & ex locis ſacræ paginæ putat, quadratas veſtes ex panno quadrato, & quatuor angulis conſtare.

Rubenibus verò ipſe, aliam ſectans viam, cúm *cap.* 7. ſtructuram retuliſſet togæ, & chlamydis; aſſerit *cap.* 8. togam Romanam haud multum forma à chlamyde diverſam fuiſſe, niſi magnitudine, & circumjectu. Quod forſitàn multum à veritate diſtare non puto; diximus 205
enim, & probavimus ad imitationem chlamydis, quam induerat Temenus ad Jonii maris accolas cúm navigaret, primúm togam inceptam; ut ultra eos quos adduximus, probat etiam *Vvolgang. Laſius lib.* 8. *commentar. reipublic. Roman. cap.* 3.

Octavius Ferrarius lib. 1. *cap.* 1. *ex verſ. Nihilominus*, 206
adverſus plurimos auſus eſt probare, togam veſtimentum fuiſſe clauſum, & rotundum ſine manicis, ad cervicem autém laxé patere ora: ad quod comprobandum, aliquas Romanorum

norum effigies antiquas exhibet: *capitibuſque ſequentibus* aliorum dicta modò explicat, modò confutat. Deniquè *Vvolfang. Laſius dict. cap.* 3. *lib.*8. *commentarior. reipublic. Roman.* ait, quod toga non multum à pallio differebat, pauciſſimasquè hujus veſtis relictas, vel nullas fuiſſe reliquias, affirmans Senatorum habitum apud Venetos, ſi manicis careret, ad togæ veteris formam quam proximè accedere. Sed in eo magis ſuam indicat conjecturam, quòd antiqui Pontifices, pallia, quæ Metropolitanis tranſmittere ſolebant, à noſtræ caſulæ ſacerdotalis forma in hoc diſcrepaſſe, quòd per humeros latè in latera defluerent, prout ſe Saliſburgi teſtatur vidiſſe, cum Baſileam anno Domini 1553. adiret. Quis autèm magnus Apollo, aut quis in re adeò obſcura nobis ſinè numine affirmet? Ego verò cum plurimas pictas Romanorum viderim effigies, multoſquè icones, probabiliora arbitror ſcripta ſuprà *num.* 205. & togam ad inſtar fuiſſe chlamydis, ſicut & ad inſtar pallæ, qua equites ordinum militarium utuntur: quam veſtem multi hodie togam utique vocant, prout alibi dicimus. Hæc de figura togæ.

207 Videamus nunc de menſura, quam in incerto pleriquè negant. Probabilius tamèn videtur, quòd non eadem omnibus fuerit, dixit enim verus *Horatii* interpres *Prophirius* ad illud *lib.* 1. *epiſtol.* 19. *De togæ menſura.*

Arcta decem comitem ſanum toga.

Et *epiſtol.* 20.

Exiguaque toga ſimulet textore Catonem.

Quod ſcilicet pro opibus varia fuit; quibus enim domeſtica res anguſtior, iis togæ parvæ: quibus amplæ, maiores, *Alexander ab Alexandro dier. genial. lib.* 5. *cap.* 18. *ubi Tiraquel. lit. X.* Juſta, & frequens togæ menſura, ſex ulnarum fuit, *Calvinus in lexicon verbo toga, Roſinus lib.* 5. *cap.* 32. & probatur ex *Horatii epiſtol.* 4.

Vides nè ſacram metiente vitam

... Cùm bis tèr ulnarum toga.

Quo loci ſubjungit *Porphyrius* hanc eſſe juſtam togæ menſuram. Ejuſdem ſententiæ fuit *Tiraquel.* ad *Alexandr.* dúm *Horatium, & Porphyrium* allegat, quos etiam, *Tullium* addens, ſequitur *Aldus Manutius in diſſert. de toga,* & *Rubenius lib.* 2. *cap.* 8. qui fermé omnes illa adducunt Quintiliani verba: *pars toga prior mediis cruribus terminatur, poſterior eàdem proportione.* Sed longiorem, ſtante republica, fuiſſe, ad calceos videlicet, voluit idem *Roſinius* ex eodem *Quintiliano*, dùm ait: *togam veteres ad calceos uſquè demittebant; ut Græci palliū.* Quod ex *Cicerone* probatur, & ex illa *Romuli* (ſi vera eſt traditio) vetera lege: *quiſquis demiſſam ad talos togam in urbe habeto;* cujus meminit *Chavarri* 2. *p. cap.* 14. *ſub n.* 1. Nec diſſentit *Octavius Ferrarius*, qui *de re veſtiar. lib.* 1. *cap.* 24. inter priſcos, & poſteriores diſtinguit Romanos; additque, quòd ſi ſex ulnarum togæ menſura fuiſſet, nó id

id tanquàm novum, aut inſolens notaret *Horatius.* Sed nè in hoc recedamus à communi, dicendum, prout jam dubitans dixerat *Ferrarius dict. cap.* 4. ex eò ut inſolens notatum ab *Horatio,* quia *Mena* libertus erat, & in liberto non ferendum, quod ingenuus, maximè in veſte civis Romani, incederet.

208 An autèm Romanorum toga cingeretur *Togæ an cinctus eſſet.* dubitant ipſi, antiquitates qui melius ſunt ſcrutati? *Carolus Sigonius lib.* 11. *de Cæſare,* eam cingi conſueviſſe aſſeverat; triplicemque fuiſſe cincturam ſcribit, laxiorem, aſtrictiorem, cinctum Gabinum. Laxiorem ait fuiſſe, quæ togæ lacinia traheretur; de qua *Macrobius lib.* 2. *Cæſar,* ait, *ità toga præcingebatur, ut trahendo laciniam velut molis incederet, ut Sulla tanquàm providus dixerit Pompeio: cave tibi illum puerum male præcinctum.* Aſtrictiorem, qua ſinus togæ anteriore parte conficeretur, nec toga ad pedes devenire permitteretur. Undè altè præcincti, pro expeditis dicti ſunt. Diſplicent hæc tamèn *Aldo Manutio in diſſert. de toga Romanorum,* qui locum Macrobii mendo vacare arbitratur ex *Suetonio,* qui in eodem Cæſare non de toga, ſed de lato clavo loquitur, ait enim: *Etiàm cultu notabilem ferunt. Uſum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quàm ut ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura:* cujus teſtimonium prævalere ait idem *Manutius,* eò quòd Romanæ hiſtoriæ diligentiſſimus fuerit *Suetonius,* qui etiam de genere

veſtium,

veſtium, auctore *Servio*, librum ſcripſit: quod & ex *Valerio Maximo* confirmat. Communis ergò eſt ſenſus, legendum apud *Macrobium* alitér eſſe; & pro toga tunicam ſcribendum. Magis urget *Ferrarius lib.* 1. *cap.* 12. plura pro hac ſententia adducens, ac oſtendens impoſſibile fermé fuiſſe; quòd toga Romana cingeretur, quod maximâ eruditione *tractat. cap.* 14. ubi *Valerium, Plutarchum* & alios intelligit.

Ea maximè ratione movetur *Ferrarius*, quòd 109 cum toga, ut ex antiquis apparet ſtatuis, utrúque brachium, aut ſaltém ſiniſtrum cohiberet, totumque corpus involveret, cingi nulla alia ratione potuit, qui in eâdem cinctura, aut utrumque, aut ſaltem lævum brachium colligaretur. Undé idem *Ferrarius* putat *dicto c.* 13. poſt *Salmaſium* & alios, quaſi rem notabilem fuiſſe in Cæſare, quod latum clavum cingeret. Scio tamén *Albertum Rubenibus lib.* 2. *cap.* 13. eodem loco *Suetonii* motum putaviſſe apud poſteriores Romanos cinctum fuiſſe togæ, ad quod comprobandum plurima collegit loca. Cùm itaque toga cinctu careret, ita neque fibulâ nectabatur, quaſi nullus in ea fibulæ uſus eſſe poſſit, prout bené peritiſſimus *Ferrarius* oſtendit *dict. lib.* 1. *cap.* 16. contra *Pacirolum*, & *Dioniſium Halicarnes.* quidquid aliud eſſet in pallio, & chlamyde *Albertus Rubenibus lib.* 2. *cap.* 7.

Fibulæ quid eſſent? Erant autém fibulæ ornamenta, quæ ad veſtes 110 viriles non pertinebant *L.* 25. § *item fibulæ dig. de aur.*

aur. & argent. legat. Gonſales Telles in cap. 15. n. 12. de vit. & honeſtat. clericor. magiſque erant ad geſtamina mulierum *Plinius lib.* 33. *c.* 1. ibi *fibulas, & alia muliebris cultus.* Quid autèm eſſet *cinctus* togæ, quid *cinctus Gabinus, Romanus,* quidque eſſet *ſinus*, exponunt *Ferrarius lib.* 1. *cap.* 12. 13. & 14. *Roſinus dict. lib.* 5. *cap.* 32. *Rubenibus lib.* 2. *cap.* 12 *Antonius Auguſtinus dialog.* 11. *Turneb. lib.* 2. *diverſ. c.* 26. *Aldus Manutius de quæſitis lib.* 1. *cap.* 11. Umbo togæ quid eſſet non levitèr etiam controvertitur: nàm *Tertulianus de pallio,* ipſiuſque cómentatores in diverſas ſe trahunt opiniones; ſicùt & circa rugas togæ, de cujus explicatione videndus idem *Rubenibus lib.* 2. *de re veſtiaria cap.* 11. ubi quod umbo nec fuit ſinus, nec nodus, quo toga in humero conſtringebatur, nec in anteriore & poſteriore parte, non centrumplicarum, ſed tumor togæ circa humerum ſiniſtrū.

211 Umbo tamèn aliquando pro toga, quaſi pars pro toto, ſumebatur maximé apud poetas, ut ex loco *Perſii* proponit *Cœlius Rhodiginus lib.* 14. *antiquarum lectionum cap.* 16. Diſceptarunt & adeò, tantâquè inter ſe controverſiâ, ſuperioris ævi ſapientiſſimi de rebus ad togam attinentibus, ut facilé inde ſit quantum toga haberet honoris exiſtimare: quid enim fuiſſet *Zona,* quid *la-* *Umbo quid?*

212 *cinia,* quid *trabia,* quid *oraria, ſudaria, ſemicinctia, palmata, tilia, philyræ, pexis, tritæ,* & *decutes,* aliaque togæ ad ornamentum, & ad modum induendi, tradunt, ſed non unanimitèr *Aldus in diſſert* *De lacinia, & aliis remiſſivè.*

de

de toga, *Octavius Ferrarius de re veſtiaria lib.* 2. *cap.* 5. *& in analect. cap.* 16. plures apud *Roſinum dict. cap.* 32. *Bayſius de re veſtiaria cap.* 18. *Albertus Rubenibus lib.* 2. *cap.* 9. *& cap.* 10. *Cujac. lib.* 12. *obſervat. cap.* 24. ubi de lacinia; quem tamèn non ſequitur *Rubenibus*, imò *Cujacium* confutat.

De colore toga.

De coloribus togæ ſi exauditu judicare poſ- 213
ſumus, non omninò veritatem trademus, cùm teſte *Aldo Manutio in diſſert.* de toga, nemo fuerit, togæ colorem, qui diſſerté narraverit. *Iſidori* noſtri Hiſpalenſis verba, album colorem certè indicant: *Fit*, inquit, *toga*, *addito quodam cretæ genere candidior*: ſeu ut melius alii dicunt candidam, & non albam indicant illa verba, ſicut diximus candidam nivem, & non albam, quaſi candido colori ſplendor quidam inſit, qui non eſt in albo. Et ob id, quia coloris candidi erat, pura dicebatur, *Tullius lib.* 9. *epiſtol.* 4. *ad Atticum*: *ſi Ciceroni meo togam puram dare Arpini vellem.* Et *epiſtol.* 20. *volo Ciceroni meo togam puram dare.* Alluſit *Q. Catullus, epigram.* 66.

Tempore quo primùm veſtis mihi tradita pura eſt.

Sed albam fuiſſe apertè probari videtur ex eo- 214
dem *Cicerone in orat. in Vatin.* reprehendente illũ, quod in publico epulo Q. Arrii accubuerit cũ toga pulla, cum tot hominum millia, & ipſe dominus epuli Arrius albati accumberent. Et ex *Perſio ſatyr.* 5. *v.* 30.

Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo.

Et togæ colorem album fuiſſe teſtantur *Juſtus*

lipſius

Lipſius lib. 1. *elect. cap.* 13. *Chavarri in Didaſc.* 2. *p. c.* 14. *ſub num* 1.

Pertinet ad hanc opinionem locus *Martialis lib.*4 *epigram.*11.

Spectabat modò ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cùm plebs, & minor ordo, maximusquè
Sancto cum duce candidus ſederet.

115 Nigram verò, atrique coloris, ac pullam togam fuiſſe putarunt alii, adducentes inter cæteros *Ciceronem* ſuprà relatum: quò pertinet & illud *Calpurnii*:

O' utinam nobis non ruſtica veſtis ineſſet,
Pullaque paupertas, & adunco fibula morſu.

Hinc putat *Roſinus* pullatos eſſe toga nigra indutos eos, de quibus *Suetonius in Auguſto cap.* 44. ait: *Sanxit, nè quis pullatorum media cavea ſederet.* Alii tamèn ſunt opinantes, atram nullam fuiſſe togam, quod & nuperrimè amplecti videtur *Pater Almeyda* jam ſuprà laudatus, qui ad illū *Suetonii* locum differentiam agnoſcit inter veſtem coloris atri, & togam pullatorum, hoc eſt pullas; ait ille: *pullas, ſive atras veſtes geſtantium. Alba enim indutus togà ſpectare decebat.* Hanc expreſſé propugnaverat ſententiam *Aldus Manutius in diſſert. de toga Romanorum,* ubi probat quod pullus color in mærore tantùm à viris ſumebatur, adducens alium ejuſdem *Suetonii* locum *in Auguſto* (cujus jam meminimus) *cap.* 40. ubi cùm vidiſſet Auguſtus turbam pullatam, in-

Pullati quinam dicerentur?

Q digna-

dignabundus, & clamitans, *En*, ait, *Romanos rerum dominos, gentemquè togatam*: juxta quæ, ait *Aldus*, quod non tantum eo nomine accuſabat illam turbam Auguſtus, quod pullata, ſed etiã quod ſine toga fuiſſet; ex quo concludit, pullam togam non fuiſſe, liquere. Quod & comprobatur ex adductis per eruditiſſimũ *Amaya* 1. *obſerv. cap.* 2. *n.* 17. qui ex *Cujac.* & aliis affirmat, quod in luctu candidam togam ſolebant in atram veſtẽ mutare. Optimus eſt & locus *Pauli libr.* 1. *ſentent. tit.* 11. §. 3. ibi: *qui luget abſtinere debet à conviviis, ornamentis, & alba veſte.* De toga alba, & chlamyde apud militaris religionis equites ex *Mota*, & *Mendo* loquitur *Pegas tom.* 3. *ad Ordin. in regimen ſenat. Palatin.* §. 2. & 7. *gloſa* 42. *n.* 2. *pagin.* 150. & 151.

Sed quænam dices pullatorum veſtis apud 216
Suetonium, ſi toga non erat? Eruditiſſimus Pater Almeyda ad penulam recurrit, quam ſordidorum, hoc eſt lugentium dicit. Aſt penulam coloris atri ſemper fuiſſe affirmare non audeo, quanvis id indubitale tradat *Gothofredus in L.* 1. *Cod. Theodoſ. de habitu, quo uti oporteat intra urbem, verſ. penullarum* ex *Tertuliano*: nàm antiquitatum inveſtigator *Bartolus Bartholinus in diſſert. de penula cap.* 5. varios colores penulæ tribuit; & turbati mulſi colorem frequentèr imitari, ait: alii verò, quos ipſe refert, caſtaneam dixere. Obſoleti coloris meminit *Suetonius in Nerone*: *Erat*, ait, *nudo pede, atquè tunicatus, penulam obſoleti*

Locus Suetonii illuſtratus.

Penula cujus coloris fuiſſet.

coloris

coloris ſemper induit. Roſſeum colorem voluit
217 *Lampidrius in Diadumeni vita*: *Paraverat*, inquit, *ſane penulas populo coloris roſei dare Macrinus Imperator.* *Nicepherus Patriarcha conſtantinopolitanus* ait *in epiſtola ad Romanum Pontificem*: *Mittimus tunicam candidam, & penulam caſtaneam inconſutilem.* Concludit itaquè ipſe *Bartholinus* erraſſe *Farnabium*, qui divitum dixerat penulas fuiſſe purpureas, pauperum, & tenuiorum pullas; quia nullus ſcriptorum purpureas fuiſſe retulit, & quòd pullis nullus uſus niſi in funeribus. *Budeus* antiquitatum peritiſſimus, pro pullatorum legit palliatorum: omnes tamén eum meritò refellere non dubitant. *Bartholinus* tandém veſtē illam pullatam, de qua *Suetonius* non ad penulam, ſed ad lacernam referendam eſſe contendit, nixus ſubſequentibus verbis: *negotium ædilibus dedit, nè quem poſt hac paterentur in foro, circo vè, niſi, poſitis lacernis, togatum conſiſtere.* Tùm quia lacernam nigri coloris fuiſſe demonſtrare conatur ex *Martialis* verſibus *epigram.* 11. *in lib* 4.

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis.

218 *Lacerna* autém, teſte *Iſidoro lib.* 19. *orig.* erat quaſi amputatis capitibus fimbriarum, nequé ita laxis, ut erant penularum: plura alia adducit *Bartholinus de penula cap.* 9. ubi & *cap.* 5. poſt doctū *Salmaſium* concludit lacernam abſimilem parùm fuiſſe à penula. Fateri tamén neceſſe eſt, *Martialem* præcitato loco ludere in Horatium, *Lacerna quænam eſſet veſtis?*

qui nigra lacerna ſpectaculis aderat: quapropter ex eo loco putant perplures quod lacernis candidis utebantur in ſpectaculis. Videndus *Bayſius*, qui *cap.* 16. penulam abuſivè pro lacerna ſumi dicit; & quòd nobiliores, & illuſtriores lacernis non utebantur, niſi pluvio tempore, aut inſpectaculis.

Non tamén decipiaris velim, dúm putes 219
penulam ſordidam veſtem, & infimorum fuiſſe: nàm communem eam dixit *Conſultus in L. veſtis* 23. *dig. de aur. & argent. legat.* §. *communia*; quo loci penulam ponit inter veſtimenta cõmunia virorum, & mulierum; licet inter muliebria ſimplicitèr poſuiſſet *in* §. *muliebria*, ut jam advertit *Tiraquel. in L.* 3. *connubiali*: qui ibidem ait, penulam fuiſſe arcendis pluviis uſui, eamque dici, quam Galli vocant *manteau*, quod idem valet, ac apud nos *Capote*. Quod quidem confirmare dignatur ex vulgato illo *Quintilian. lib.* 6. *cap.* 4 cum Galba negaſſet roganti penulam; *Non pluit*, ait, *non opus eſt tibi*: *ſi pluet ipſe utar.* Et tandèm penula aliquando Senatorum etiá fuit, argumento *L* 1. *Cod. de habitu, quo uti oporteat, in Cod. Theodoſian.* ubi *Gothofredus*, *Bartholinus de penula cap.* 8. quanvis decentiús eſſet togatos eos incedere, juxta jam *Caſtricii* reprehenſionem adductam: *equidem*, dúm dixerat, *maluiſſem vos togatos eſſe. Pigitum eſt cinctos ſaltem eſſe, & penulatos. Ælius Lampridius* teſtis eſt, Senatorum quoquè veſtem penulatam fuiſſe aliquandò, dum ait

Penula non ſemper ſordida, & infimorum veſtis.

in

220 in *Alexandro Severo: Penulis intra urbem frigoris cauſa ut Senatores* (ſic legendum, & non ſenes) *uterentur permiſit, cum id veſtimenti genus ſemper itinerarium, aut pluviæ eſſet.* Prohibitus itaquè intra urbem Senatoribus, donec Alexander Imperator dùm ætati conſultum voluit, ut Senatores ingraveſcente ætate, intra urbem penulis ſuprà tunicam uti, lege lata, permiſerit, *Alexander ab Alexandro dier. genial. lib.* 5. *cap.* 18. Tantus igitur fuit honos Senatoriæ veſtis, ut etiam cauſa frigoris, niſi lege lata, cooperiri non poſſet.

Apud Hiſpanos atri coloris eſt toga.

221 Nigra autem eſt toga, qua in ſignum ſupremæ dignitatis in Hiſpania utuntur Senatores, qui reipublicæ commodo conſulentes, maximiſquè laboribus invigilantes ſuum cuique tribuunt, ſonteſque obnoxios puniunt: quod circa colorem tradit *Garcia Maſtrillo de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 17. cùm etenim nigri velleris, teſtante *Plinio*, Hiſpania præcipuas habeat lanas, quod & notarunt *Bartholinus de penula, cap.* 5. *Laſarus Bayſius de re veſtiar. cap.* 2. indè uſitatum, quod graviores veſtes atri apud nos coloris ſint; pluris enim facit ſua ex provincia proprium colorem unaquæque gens, juxta illud *Martial. lib.* 14. *epigram. Canucinæ Ruſſæ*:

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia ruſſis,
Et placet hìc pueris, militibuſque color.

222 Atrum tamèn colorem, quo utimur, adeò aliqui exoſi ſunt exteri, ut magna ſpe præmii invitatus noluiſſet Alciatus jus civile apud

nos

nos docere, eo quod nequè pullatus incedere, nequè inter pullatos degere in animo eſſet, quaſi pulchritudo veſtium ad incitamentum fortitudinis, & alacritatis maximè proſit, *Gregor. Lopes ad L.* 18. *tit.* 21. *partit.* 2.

223 Quotuplex toga apud Romanos eſſet, vel citra omne non eſt dubium, vel non facile in paucis quæ antiquiores fuſé ſcripſerunt exponere: communiori autem plauſu accepta quæ ſunt, brevi attingam calamo. Quia tamèn juxta gradus dignitatis diverſus erat uſus togæ, ipſarum dignitatum ordinem ſilentio præterire, nec ſi vellem, poteram. Memorandum itaquè de primis cunabulis Romanæ gentis, quarum principia, ac deindè incrementa animo ſiquis vellet, ac mente perquirere; creviſſe inter omnes inveniet, túm fortuna, túm virtute, Romanum imperium.

De diviſione togæ latiſſime tractatur.

224 Romulus itaque Rex primus, vix dúm jactis fundamentis, nimium jam fortunæ committendum ratus, habita divinarum, ſimulque rerum humanarum ratione, ſapientiſſimé conſtituit, ac temperavit. Nàm cúm Palatiũ, quam ſibi, ſuiſque ſedem ad habitandum delegerat, foſſâ, & agere, muniiſſet; omniumque conſenſu, valdèque propenſa voluntate, Diis anté per auſpicia conſultis (qui deindé mos in publicis rebus perpetuò permanſit) regnum accepiſſet; multitudinem omnem, quam minùs tribus hominum millibus, ac trecentis

Initium in condenda urbe.

trecentis

trecentis fuiſſe ſcriptores ſignificant, in tres partes diſtribuit, quas vocavit Tribus, (à pluribus dictas *Ramnenſes*; *Titienſes*; & *Luſeres*: & poſtea à *Serv. Tull. Rege* ad 35. adauctas,) & eas rurſus indenas, quas appellari Curias voluit; quod iis publicarum rerũ cura comitteretur: nàm ut à multis edocemur, curiatis comitiis creati magiſtratus, leges latæ, bella decreta, non modò Romulo regnante, verum etiam perpetua regum quatuor ſucceſſione uſque ad Servium, qui centuriatis comitiis inſtitutis, curiata non ille quidem planè ſuſtulit, ſed ita debilitavit, nihil, ut iis maiorum rerum mandaretur, ſpeciem quidem aliquam comitiorum retinerent, tota verò ſi quid conſulendum gravius centuriatorum poteſtas eſſet.

225 Ergò tres tribus, quibus in ſingulis mille peditum, centeni equites fuere, deinceps triginta curiæ, quæ centenos pedites, denos equites haberent; poſtremò etiam decuriæ decem è ſingulis curiis à Romulo inſtitutæ: duceſque ſingulis ordinibus, fortitudine excellentes viri, Tribuni curiones, decuriones, propoſiti. Curiis autèm ſua cuique loca, ubi immolaretur, aſſignavit: quibus omnibus in locis aliquot poſt annis, ſocietate cum Tatio Sabinorum Rege inita, urbeque communicata, Junoni, quæ curiis dicta, menſas diſpoſuit, quas uſquè ad Auguſtum ſtetiſſe legimus.

226 Alter fuit ordo familiarum in duo genera diſtinctio,

Diſtinctio civiũ Romanorũ. diſtinctio, ut qui nobilitate, virtute, opibus etiam, prout illa erant tempora, præſtarent, patres dicerentur; reliqui plebeæ: unde patriciæ, plebeæquè familiæ. Rurſus ita patricios partitus eſt, ut alii Senatores, alii equites, alii neque Senatores, neque equites fuiſſe ſcribatur à *Dionyſio*, & *Varrone*, hiſtoriam Romanam meliuſqui certò tradiderunt. Illi autém qui nequé Senatores, neque equites, patricii erát. Qui tres ordines appellati. Plebeæ familiæ omnes ordine ſenatorio excluſæ; quam conſuetudinem, qui Roma poſtea regnarunt, perpetuò retinuerunt: ejectis autèm Regibus ſenatoria dignitas pró cujuſque inſigni merito, & virtute plebi communicata. Aſt ille tertius ordo qui conſtabat ex patriciis, & plebeiis, in quo nequè Senatores, nequè equites fuiſſe diximus, ab una tamén plebe nomen aſſumpſit, & *deplebe*, dictus. Patriciis à Romulo commiſſa fuerat ſacrorum adminiſtratio, magiſtratus, judicia, publicis de rebus in Senatu deliberatio. Plebeiis mandatum, ut agros colerent, pecus alerent, quæſtuarias artes exercerent. Indé cùm ad urbem frequentandam Romulus ipſe animum convertiſſet, diſcrimen omne non modo perſonarum, ſed morum quoque ſuſtulit; & omnibus æqué, ſivé ignominia, & ſcælerum infamia notatis, ſivé ſervientibus, patere civitatem voluit: data etiam libertate, & agri parte diviſa.

Quòd

Quòd ut facere honeſtiùs videretur, augen-
227 dæquè multitudinis cauſa, ex avi Numitoris authoritate, & conſilio aſylum inter duos colles, palatium, & capitolium aperuit, ibiquè templum Deo ſacravit: quò ſiquis confugeret cujuſquè facinoris affinis eſſet, quaſi Deo ſacrum à pœnà tutum eſſe juſſit: quà de cauſâ etiam quotidié magis peregrinorum turba cōfluente, uſqué adeò civitas aucta, ut cùm Romulus vita exceſſit (proptér multitudinem quas tulerat legum, nobilium conſpiratione in ſenatu occiſus, ejuſqué corpus diſcetum per fruſta, & ſub Senatorum togis aſportatū) qui regnavit annos 37. peditum 46. millia, equitum verò milla fuerint, cùm à principio tantum tria millia peditum, trecentos equites habuerit.

Aſylum inter duos colles à Romulo factum.

228. Ex hac ſicadaucta multitudine, indieſquè afluente, tres illi ordines conſtituti fuere: civium tamèn Romanorum duplex tantum diviſio erat: vel patricii, vel plebei, una: altera verò; vel Senatores; vel equites, vel deplebe. Undè ſequi neceſſe erat: ſenator non eſt: ergò eques, aut de plebe. Et, nequé Senator eſt, nequé eques: ergò de plebe. Ordo enim præterea nullus ſupererat, ut ex teſtimoniis *Paterculi*, *Valerii*, *Caroli Sigonii*, & aliorum edocemur. Horùm autém trium ordinum, ſummus Senatorius fuit, qui centum patribus conſcriptis apud Romulum conſtabat, infi-

Dupliciter dividebatur Populus Romanus.

mus plebs, medius equeſter: indè factum, ut quem, ex ampliſſimo ordine eſſe ſignificare vellent, eum Senatorem ſivé Senatorii ordinis; quem é medio equitem Romanum, ſivé equeſtris ordinis; quem ex infimo, & plebe, hominé ſivé plebeium appellarent. Sic enim *Cicero*, qui *in Cluentian.* dixit, *M. Bebrium* Senatorem, & *L. Plætorium* Senatorem, & *in Bruto:* equitem Romanum *C. Titium. Suetonius in Claudio*: *è plebe*, ait, *homo juxta cubiculum ejus cum pugione deprehenſus eſt; reperti, & equeſtris ordinis duo.* Et *in Nerone: Adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinquè millia è plebe. Aſconius* etiam ait: *Senator á cenſore ſenatu movetur, eques Romanus equo ſpoliatur, plebeius in ærarios refertur.* Summitas ordinis ſenatorii vel ex eo facilè demonſtratur, quòd equeſtris ex nobilioribus & conſtaret; Romulus namqué ex nobiliori juventute tres equitum centurias conſcribi juſſerat, Celeres primúm dictos, vel à celeritatis officio, vel [ut *Valerius* prodidit] *á Fabio Celere* primo eorum præfecto, de quibus *Sextus Pomponius* diſſerit; vel à *Célere* interfectore *Remi*.

Celeres quinam eſſent.

Sed quia etiam uſus, & ornatus togæ patri- 229
ciis, ad quos magiſtratus pertinent, elegantior conceſſus erat; & elegantiſſimus Senatoribus; horum munera, horumquè initia vel paucis abſolvam. Ut vero rem altius repetamus, annotare juvat, quod in magnæ Romæ primordiis, nec certæ, ſeu ſcriptæ vigebant leges, nec jure certo regebatur populus. Ipſe urbis conditor

Origo magiſtratuũ, & Senatorum.

ditor

Digitized by Google

ditor Romulus, Romulique ſucceſſores per ſe immediatè, ratione duce, civium dirimebant jurgia, delinquentibuſqué inferebant pænas. At poſtea cum civitatis termini nimis excreſcerent, civiumqué mores corrumperentur, maxima patrabantur facinora: qua de cauſſa Curiæ (ſic dictæ quia populi habebant curam) creatæ ſunt, quæ populi lites judicarent, ſententiamqué in dubiis eventibus interponerent. Hinc primò leges Curiatæ emanarunt, expediebat enim ut populus certo regeretur jure: de quibus curiatis legibus extat teſtimonium *in L. 2. digeſt. de origine juris*: conſcriptæqué fuerant in libro *Sexti Papirii*, qui illis floruit têporibus, quibus Tarquinius Demarati Corinthii filius ex principalibus viris.

230 Iſquè liber appellabatur jus civile Papyrianum, non quia Papirus de ſuo quicquam adjiciſſet, ſed quòd leges ſine ordine diſperſas cõpoſuerat in unum. Undè ut civium inemendati mores potiùs corrigerentur, ab inſequêtibus Regibus etiàm latæ ſunt leges, quas om-
231 nes regias dicebant. Ille Romulus ex antiquioribus civitatis centum viros elegit, qui ordo Senatorius dictus eſt, ad quem dicendi jus pertinebat de eis, quæ ex toto regno ad eum deferrentur. Jus dicere, & magiſtratum gerere patriciis, ut non ſemel dictum, datum erat: quoties verò vel leges ſciſcendæ, vel magiſtratus creandi, vel bella decernenda, tùm

Jus civile Papirianum.

Ordo Senatorius Romuli tempore centum conſtabat viris.

Ad quē attineret jus dicere, leges ſcindere, & ferre.

Populus Romanus conſulebatur, ad eumquè 232
hujuſmodi negotiorum jus pertinebat. De
numero Senatorum latiùs dicendum infrà.

Exactis deindè Regibus, plebis poteſtas 233
multum aucta eſt, cùm ſucceſſione facta à Senatoribus extorſiſſet, ut ex corpore magiſtratus crearentur, quì plebis Tribuni dicti ſunt; & hi, & ſacroſancti, & ſummæ poteſtatis habiti ſunt, ut qui Senatus conſultis intercedere poſſent. Quibus jura ſanciendi auctoritas à plebe cúm primúm collata fuerit, *lex Tribunicia* indé cognita eſt, qua omnes Regum leges exoleverunt. Iterum cæpit Populus Romanus incerto magis jure, & conſuetudine aliqua uti, quam perlata lege; idquè propè viginti annos; quod & noſtri obſervarunt *in L. neceſſarium 2. dig. de origin. juris.* Leges attamên Tribu- 234
nos populo dediſſe conſtat, quibus, & ſi à principio latis ab his legibus, quas plebiſcita vocant, Patricii non tenerentur; lege tamén Hortenſia conſtitutum deindé fuit, ut lege Tribunicia, omnes etiam Quirites obligarentur. Undé acerbiſſimum telum plebi adverſus Romanos Patricios datum eſt: & illud maxime controverti cæpit, quod maiores magiſtratus ex plebe creari Patricii prohibebant, donec obtentú, ut alter conſul plebeius eſſet; de qua re noviſſimé aliqua ſcripſit *Georgius Melchior Ludolphus in tract. nomicopolitic. de jure fæminar. illuſtr. ſect.* 1. §. 5. nec non *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ.* 68. *á n.* 28.

Plebis Romæ adaucta poteſtas.

De Tribuno plebis.

Poſtmo-

235 Poſtmodùm *C. Sempronii* rogationibus judicia cognita ſunt; is enim equeſtrem ordinem in eorum poſſeſſione locavit; indè turbulentæ ſeditiones exortæ ſunt: conſtat què *C. Marium, & L. Syllam*, qui eum ſenatui demum reddidit, vel hac de re præcipuè contendiſſe; undè, & civilium bellorum maxima incendia orta fuere. Senatores itaquè ad quos demúm judicia reddita, ni ex Patricio ordine, non eligebantur *Tacit.* 11. *annal.* 25. ſolitum nanquè
Judicia quo tẽpore cognita.

236 fuiſſe conſtat, ut legi poſſet is tantúm, qui magiſtratum geſſiſſet: cui mori congruenter *Cicero* ſanxit in legibus ſuis, & magiſtratibus Senatum eſſe oportere: quaſi jam compertum, Senatoris munus adæquate, ni ab eo qui magiſtratum geſſerat, poſſe adimpleri. Non tamèn omnes, qui in Senatum veniebant Senatores erant, verum ji dumtaxàt qui à cenſoribus, aut ab iis, qui jus Senatus legendi haberent lecti eſſent: alios enim fuiſſe Senatores, alios eo gradu, ut in Senatu ſententiæ dicendæ jus haberent, conſtat: quod & ex aliquibus juribus oſtendit *Collegium Argentor. ad tit. dig. de Senatoribus n.* 7. Hi verò erant, qui magiſtratibus functi in Senatum venire, & ſententiam dicere poterant; Senatores tamèn à cenſoribus electi non erant. De quibus in hunc modum ſcribit ex *Varronis* ſententia *Gellius*: *Varro in ſatyr.*
Delegẽdis Senatoribus.

237 *Menippea, equites quoſdam dicit pedarios appellatos; videturquè eos ſignificare, qui non dum á cenſoribus in Senatum*

Senatores non omnes qui ad Senatũ veniebant.

tum lecti; Senatores quidem non erant, ſed quia honoribus populi uſi quidem erant & in Senatum veniebant, & ſententias jus habebant. Nàm & curulibus magiſtratibus functi, qui non dúm à cenſoribus lecti erant, Senatores non erant: & quia in poſtremis ſcripti erant non rogabantur ſententias, ſed quas principes duxerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoquè conſules, cum Senatores in curiam vocarent, ſervandæ conſuetudinis cauſa tranſlatitio utebantur; verba edicti hæc ſunt: *Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet.* Hujus verò edicti meminit etiam *Livius lib.* 23. dum ità: *Conſules edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, uti Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licere ad portam Capenam convenirent.* Vide *L. unic.* §. *hodie que dig. de offic. quæſtor. Novell.* 62. *de ordin. Senator.* & quid poſteriori jure cautum in hac re fuiſſet, tractat videndus *Ramos ad leg. Jull. & Pap. libr.* 2. *cap.* 1. maxime ex *n.* 5. vir in hiſtoria Romana peritiſſimus.

Tribunus plebis ad ordinem Senatorium promovebatur ſine lectione.

Tribunus autem plebis ſine lectione cen- 138
ſoria Senatoris dignitatem poſt Atinium plebiſcitum aſſequabatur; cujus meminit *Gellius lib.* 14. ex Capitone: *Tribunis plebis,* ait, *Senatus habendi jus erat, quanquam Senatores non eſſent ante Atinium plebiſcitum.* Hic Atinius labeo Tribunus plebis, cúm timeret, nè à ſequentibus cenſoribus in Senatu legendo præteriretur, ob quod *Q. Metellum Macedonicum* cenſorem à quò præte-

ritus

ritus fuerat, de Saxo Tarpeio dejici juſſerat, eam rogationem tulit in Tribunatu, ut vi ipſa geſti tribunatûs, nõ Cenſoris beneficio Senator eſſet. Undé ſcribit *Livius lib.* 45. Cn. Trebellium Tribunum plebis petitione Cenſorum, quia lectus in Senatu non fuerat, interceſſiſſe.

239 *De ſacro Senatu*, ſeu de illius loco aliqua videamus, quæ in ipſius dignitatis ſplendorem magis cedere videantur. In templis, ac ſacris ædibus Senatum haberi conſueviſſe apud Romanos, certiſſimùm eſt. Templa verò erant per augures conſtituta; & proindé in *Curia Hoſtilia*, in *Pompeia*, & poſt *Julia*, cúm profana eſſent loca, templa per augures ſunt conſtituta, ut in his Senatus conſulta more maiorum juſta fieri

Senatus in locis ſacris collocari ſolitus.

240 poſſent; ſicut poſt *Marc. Varron. ad Oppinatium lib.* 4. *epiſtolic.* ſcribit *Aulus Gellius noct. atticar. lib.* 14. *c.* 7. *Feneſtella de magiſt. Roman cap.* 1. Quandoquè autèm Senatus habebatur in templo *Caſtoris*, & *Pollucis*: aliquando verò in templo *Martis*, ut auctor eſt *Suetonius in Calig.* & *Cicer. in Verr.* In tẽplo *Bellonæ* teſtatur *Livius lib.* 38. & 39. In templo *Apollinis* teſtatur *Cælius* apud *Ciceronem epiſtol. familiar. lib.* 8. Hinc illud *Virgilii lib.* 7. *Æneidos*:

Hic ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Regibus omen erat, hic illis curia templum.
Hæ ſacris ſedes, epulis, hic ariete cæſo
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

241 Nec obeſt, quod Caius conſulatu Galliæ, &

Scipio

Scipio conſulatu Corſicæ à Senatu privati fuerint, quòd in templis, ac ſacris ædibus Parlamenta feciſſent, ut ex *Valerio* retulit *Gemin. in c. decet de immunitate Eccleſiæ in* 6. *n.* 3. 12. & 15. Hi enim loquuntur de parlamentis, ſeu adunantiis civium, non autèm de Senatorum curiis; quæ longè diverſa ſunt.

Indè Juſtinianus *in L. rem non novam* §. 1. *Cod.* 242
de judiciis, voluit judicem in cauſis cognoſcendis, & in ſententiis ferendis habere ante ſe ſacras Scripturas. Et quod apud Romanos uſitatum fuiſſet templis uti pro curia ad negotia tractanda, ad cauſas, & lites definiendas, plurima præter citata demonſtrant loca: nàm *Titus Livius lib.* 23. loquens de Annibale, & Capuanis ait: *Egreſſus curia in templum magiſtratus contendit, comprehenditque Decium Magium, ad què ante pedes deſtitutum, cauſam dicere juſſit.* Et *Thucydides lib.* 1. ibi: *Ærarium eis erat Delus, & conventus in eo templo fiebant. Suetonius* què Veſpaſſianũ inducit Impetatorem poſt peractum ſacrificium ſedentem pro tribunali in tẽplo Serapidis. Etiam apud eos Senatum nuſquàm in prophano loco habitum probant *Gellius lib.* 14. *noct. Atticar. cap.* 7. *Alexander ab Alexandro lib.* 4. *dier. genial. c.* 12. quod & *Servius* docuit exponens illud *Virgilii* 7. *Æneidos*:

Idem proſequitur argumentũ.

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis.

Undè templum *Veſtæ* non fuit augurio con- 243
ſecratum, ne illûc conveniret Senatus, ubi erant virgines; veluti in templo Jovis ſtatoris,

in

in æde Concordiæ, in æde Telluris. *Appianus lib. 2. belli civilis* ait: *Ex eo die, quo in æde Telluris convocati ſumus, in æde Bellonæ. Livius idem lib.* 49. ibi: *Manlius Proconſul ex Hiſpania redierat, cui poſtulanti á Senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebant.* Idem probant *Marcel. Donatus in elucid. ad Suetonium c.*34. *Lopes ad lib.*3. *Valerii Maximi cap.* 3. *Borrellus de præſtantia regis Catholici cap.*60. *n.*12. *Gregorius Lopes in Monarch. Hiſpaniæ cap.*7. *Petrus Gregorius lib.* 27. *ſyntagm. cap.* 27. *n.* 16. *Roſinus lib.* 1. *antiquit. cap.* 14. *Pancirola lib.* 2. *var. cap.* 8. *P. Herodius lib.* 2. *rer. judic. tit.* 8. *cap.* 1. *Stephan. Garonus de Senatoribus lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 11.

244 De numero Senatorum (de quo jam aliqua diximus, *n.*245.) controverſum eſt: bis enim à *Romulo* Senatum lectum ſcribitur; nàm ex Albanis centum legit; deindè ex Sabinis, fœdere cùm illis inito, alteros aſſumpſit centum. *Priſcum* indè Regem traditur, alios centum ellegiſſe, factoſque eſſe trecentos: quem numerum à *Tarquinio* Superbo cædibus, & expulſionibus imminutum, *Brutus* Conſul explevit: qui quidem numerus multos poſt annos obſervatus fuit, & multò deinceps à Sulla amplificatus; ſed multò magis à *Cæſare* dictatore, qui Senatum auxit uſquè ad nongentos; vel ut alii dicunt ad mille, & ampliùs; quem ad modum, & ſplendorem priſtinum reduxit Auguſtus, ut apud omnes eſt in confeſſo; optimum, & ſi vulgarem *Suetonii* locum exhibeo,

Numerus Senatorũ refertur.

S qui

qui *in Aug. cap.*35. ſic ait: *Senatorum affluentem numerum deformi, & incondita turba [erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam, & præmium adlecti, quos abortivos vulgus vocabat] ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit.* Qui quidem numerus juxta magis acceptum ſenſum à Tarquinio Priſco uſque ad ſyllæ tẽpora trecentorum fuerat, vel trecentorum viginti ſecundùm ea, quæ ex ſacra pagina dicemus ſtatim. Itaquè non omnibus temporibus idem
Senatorum numerus; magnus tamèn ſempèr. 245

De numero Senatorũ apud diverſas gentes conſtituto.

Idem quoquè obſervatum accipimus penes diverſas gentes: nàm apud Crotoniatas mille Senatores fuere *Valerio Maximo* ſi credimus. Maſſilenſes verò ſexcentum habuerunt; Guidij ſexaginta, Athenienſes quingentos; Argivi octuaginta. Hæbreos ſeptuaginta Senatores habuiſſe conſtat; tempore vero Machabæorum trecentos viginti apud Romanos fuiſſe docemur 1. *Machab.* 8. Plura cumulant *Alexander ab Alexandro lib.*4. *dier. genial. c.*11. *Appian. lib.*4. *de bell. civil. Suetonius in Octavium cap.* 33. *& in Auguſtum d. cap.* 35. *& de antiquitat. jur. Roman. c.*2. *Dioniſ. Halicarnaſ. lib.*2. *Petrus Gregor. Syntag. p.*3. *lib.* 47. *cap.*25. *n.*3. *Maſtrillus de magiſtr. lib.*5. *cap.*2. *Roſinus antiquit. Roman. lib.* 7. *n.* 4. *Bobadil. lib.* 3. *politic. cap.* 8. *n.* 1. *Antonius Theſaur. in præfat. deciſ. Pedam.* Apud quos, & alios invenies decem Senatores fuiſſe utiquè apud Cratenſes; 25. apud Gallos. In Mediolanenſi Senatu 24. in Neapolitano

35.

35. in Sicilia 30. in Hiſpania olim uſque ad 20.
246 Apud nos Senatus ſupplicationis, ſeu libellorum ſupplicum dictus [in Regno ſupremum Tribunal, & juris perfectiſſimum columen, aſylum, & refugium oppreſſorum, juſtitiæ officina incomparabalis] olim 40. hodie verò duobus ſuperadditis ad ſyndicatus, 42. conſtat Senatoribus, viris integerrimis, & in utroque jure conſultiſſimis; probitate morum, rerum, & cauſarum exercitatione, ac ſcientiarum omnium eruditione maximè præditis; & in-judicandis cauſis accuratiſſimis; inter quos nō pauci lecti ad Senatum, qui in Academia Conimbricenſi cathedras utriuſquè juris regerũt mirificè *Viris* ſane omnibus electis [ut cum Imperatore dicam *in L. 1. §. ſed cum Cod. de Juſtinian. Cod. confirm.*] *glorioſiſſimis tám doctrina legũ, quám experientia rerum, ſtudioque Reipublicæ in deſeſſo, & laudabili propoſito pollentibus.* Huic modò Senatui præeſt Domin. Cancellarius Antonius de Baſ-
247 to Pereira Regis noſtri à ſecretis; qui ſanguinis ſplendore, omnigena literatura, longaque rerum exercitatione præſtantiſſimus, omniũ eſt votis ad maiora pro meritis deſtinatus; licèt enim *Ramires de leg. reg.* §. 10. *n.* 26. Cancellarii dignitatem, ſummum honoris attigere dicat faſtigium, ultrà quod togato homini nil ſperare liceat; Cancellarii noſtri merita, natales, cæteræque virtutes, omnium dignitatum culmina aſcendunt, imò & ſuperant. De ex-

De domo ſupplicationis.

De Cancellarii munere, meritis, & dignitate.

celſo Cancellarii munere ac dignitate plura laudabilitér agunt *Franciſcus Lanovius*; *Hopingius de jure ſigilli cap.* 6. *Bardaxinus de officio Cancellarii, Salſed. in theatr. honoris gloſ.* 36. *ex n.* 65. ubi cùm aliis ait Cancellarium more maiorum vocari per urbanitatem *Dominationis*;quod etiam latiſſimè teſtatur *Cortiada tom.*4. *deciſ.*249. *&* 250. ubi plurimos, prout ſolet, refert. Senatus Portuenſis 24. conſtat ſapientiſſimis, ac integerrimis 248

De Senatu Portuēſi.

Senatoribus, quibus præeſt Excellentiſſimus Gubernator,illiuſque Diœceſis Illuſtriſſimus Antiſtes Dominus meus D. Thomas de Almeyda, & Noronha; vir regio ſanguine adornatus, utrumque Senatum qui literis, morumque probitate olim juvavit, ac illuſtravit; & cujus laudes, affabilitatem, merita, ſapientiam, & virtutes recenſere, né dicam referre, foret haud ſecús, ſicut firmamenti ſtellas numerare, impoſſibile. Braſilenſis Senatus,ſicut 249

De Braſilenſi, Indicoque Senatu.

& Indicus, decem conſtat Senatoribus. Ad quam dignitatem probati,conſummati & viri legi ſolent; eiſque præſunt Proreges excellentiſſimi.

Noſtros autém collegas, judiciarioſqué Se- 250

Noſter Senatus ad inſtar Romani proculdubio eſt.

natores, reipublicæ pondus qui ſubſtinent,ad inſtar Senatorum Romæ conſtitutos indubiū eſt, prout *ex Parlador. Budæo, Carvalho, Pinto Ribeiro, & Mendes* tradit *Pegas tom.*2. *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.*3. *in rubr. n.* 7. *Matthæu de regimine Regni Valentiæ cap.* 2. §. 2. *n.* 193. *& ſequenti* ubi *Bulenger. Roſin.*

Laſium

Google

Laſium Sigonium, & alios refert, *Boarius de auctoritate magni conſilii n.* 174. *Theſaur. in præfat. deciſ. num.* 20. ubi eruditè, *Carvalho in cap. Raynaldus* 1. *p. n.* 420. *de teſtam. Solorſan. de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 23. qui togam qua utimur dicit in locum laticlavi ſucceſſiſſe, benè *Purpurat. in L.* 1. *n* 57. *dig. de offic. ejus, Guido Papa conſ.* 72. & *q.* 39. & 58. *Cravet. conſ.* 198. *n.* 7. & 144. *n.* 20. *Alciat. reſponſ.* 301. *n.* 9. Nàm ſimilitèr in comperto eſt judicandi poteſtatem à *Romulo* tributam Senatui, ut teſtantur *Polybius lib.* 6. *Dioniſ. Halicarn. lib.* 2. *Pompon. Læ-*
251 *tus de magiſtr. cap.* 4. Siquidem apud Senatum Romanum accuſationes proponi, judiceſquè per litigantes peti ſolitum, *Collegium Argentoratenſ. ad tit. dig. de Senatorib. n.* 3. *in fin. Carvalho dict. n.* 420. Non tamèn apud omnes Senatores judicandi erat poteſtas, ſed penes illos, qui decuriati eſſent in albo ob vitæ, ac morum integritatem.

Demōſtratur aſſertio proxima.

Decuriati autèm dicebantur, qui ex ſingulis decem erant ſelecti; & hoc eſt
252 quod *Cicero in Verrem act.* 4. appellat decuriam Senatorum (ad inſtar ſic leguntur Senatores gravaminum ſapientiſſimi): & *Phillippic.* appellat decuriam judicum. Quòd quidèm non ſolum ante Gracchorum tempora, qui fuere anno urbis circitèr 519. ſed & poſt in ſimùl cum equitibus juxta legè à C. Graccho latam: quanvis alii putent à Senatoribus ad equites judicandi translatam fuiſſe poteſtatem; quod ex *Plutarcho* adverſùs alios convincit, & confutat

Decuriati qui eſſent?

futat eruditè nimis *Borrel. de præſtant. regis catholic. cap.76. ex num.107.* ubi *Ciceronis, Paterculi, Appiani, Alexandrini, Livii & Aſconii* loca exponit, agitquè de lege Gracchi, de lege Plotia, & Servilia ad hanc rem apud Romanos latis.

Muneris Senatorii onera cùm & Athlantis 255 humeros fatigarent, honoribus, & privilegiis, ſplendorequé, & opibus mitigari oportebat, prout de Senatoribus Romanis *Cicero* dicebat *in Cluent.*: *Iniquum eſſe,* ait, *eos, qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem prætermiſiſſent, populi beneficiis eſſe privatos; judiciorum novorum periculis non carere. Senatorem hoc queri, non poſſe, propterea quod ea conditione propoſita petere cæpiſſet; quodque per multa eſſent ornamenta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſe, locus, auctoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, Imperia, provinciæ* unde non tantùm eburneam ſellam habebat juxta *Livium lib.* 4. ex quo lumen accipit textus *in L.* 1. §. *ſecundo loco dig. de poſtulando*, ſed carrucis argenteis utebantur, prout refert *Lamprid. in vita Alexandri ſeveri,* cujus verba pingere liceat: Carrucas Romæ, & Rhedas Senatoribus omnibus, ut argentatas haberent permiſit; intereſſe Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis Senatores uterentur, partim & meritis eorum, qui ſemel honoribus functi ſunt, vel honorum codicillis decorati; nè per inconditam turbam, velut incogniti, tranſmitterentur: in idem convenit

Dignitas togatorum decore, & privilegiis ampliſſimis ornari debet.

Alex.

Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 4. *cap.* 11. cujus verba ſunt: Tantæ dignitatis fuere Senatores, ſequtis temporibus, ut in oppidis, & per loca, & conventus umbraculis uterentur, indultum ſit; mox ſequuti Cæſares eum ordinem ampliſſimis honoribus honeſtarunt, præcipue *Alexand. Sever.* ut dignitas conſpectior fieret, argentatis Rhedis, Curruciſquè Senatoribus uti permiſit, ut ſanctior, reverentiorquè ordo putaretur. Hoc idem tradunt *Jacob. Gotofred. in L. unic. in fin. Cod. Theod. de honorator. vehic.* & reſpiciunt jura *in L. unic. Cod. de honor. vehic. lib.* 11. *Auth. de Pratore lycaonia, cap.* 5. juvantquè ſcripta per *Navarrete diſcurſ.* 37. *Solorſan. de las plaças honorarias à n.* 295. & per *Creſpo obſerv.* 1. *à n.* 216. *&* 221. Utinam nobis congruum eſſet ſalarium, quod Princeps dè juſtitia augere tenetur ex ſcriptis à *Portugal lib.* 2. *cap.* 12. *ex n.* 45.

254 Honoris igitur magni apud omnes habita eſt ſempèr togatorum dignitas, maximiſque decorata privilegiis, ut videre eſt ex *Feneſtel. de magiſtrat. cap.* 1. *Pompòn. Lat. de poteſtat. Senatùs, Alexandro ab Alexandro lib.* 4. *dier. genial. cap.* 11. ubi *Tiraquel. P. Mandariaga lib. de Senatu & Principe cap.* 1. *Bulenger. lib.* 2. *cap.* 10. *Pancirol. lib.* 1. *c.* 13 *& lib.* 2. *c.* 8. *Balmaſed. de collectis c.* 43. *à n.* 5. *Franciſco Maria Prato obſerv.* 38. *Pegàs tom.* 12. *ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 59. *in rubr. n.* 1. *& tom.* 2. *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.* 5. *in rubr. n.* 3. *& ſequentib. Menochio de arbitr. caſ.* 118. *Theſaur. in præfat. deciſ. Carvalho in c. Raynaldo* 1. *p.* à *n.* 416.

Honor Senatorii ordinis in maximo eſt.

n. 416. *Boerio de auctorit. magni concilii, Solorzan. emblem.* 46. *á n.* 9. *& inopuſcul. de las plaças honorarias á n.* 131. plurimos refert *Fraſſo de regio patron. tom.* 2. *cap.* 99. *n.* 19. *Villas boas in nobiliarch. Luſitan. cap.* 14. & nos, Deo dante latius dicturi in opuſculo *de privilegiis Senatorum. Ordinatio lib.* 2. *tit.* 59. §. 13. *in fin.* in illis verbis: *Por ſerem á nos mais chegados. Solorſan. ubi proximè n.* 376. ibi: *la qual immunidad ſe les concede nò ſolo por la grandeza, y autoridad del cargo, que les haze nobles, illuſtres, y clariſſimos, quando aun ellos nò lo ſean por ſu nacimiento.* Illuſtres proindè, ſpecta- 255
biles, & clariſſimos inter ipſos Senatores diſtinguit *Collegium Argentoratenſe ad tit. dig. de Senatoribus n.* 6. & probat *P. Franciſcus do Sacramento in epitome de dignitate Miniſtri Puritatis pagin.* 132. *n.* 15. *liter. M.* Utrum verò ſuper illuſtres, vel clariſſimi hodie dicantur controvertit *Carvalho dict. p.* 1. *á n.* 417. qui *n.* 421. cùm aliis illuſtres eſſe probat; de qua re latiús *Ramos tom.* 1. *ad leges Jul. & Pap. lib.* 2. *cap.* 1. *ex n.* 7. & *cap.* 36. *n.* 7. Magnum propterea gravitatis ſublimi ordinis Senatorii indicium eſt, quòd lege julia de maritandis ordinibus ſeverè adeo nuptiæ minús decoroſæ Senatoribus & eorum liberis eſſent interdictæ; cujus rei plura adſunt teſtimonia *in L. lege* 23. *L. lege* 44. *L. Palam* 43. §. *Senatus uſque ad fin. L. obſervandum* 49. *L. oratione* 16. *dig. de ritu nupt. L.* 3. §. 1. *dig. de donat. inter, L. Oratio* 16. *dig. de ſponſalib. L. ſi quis libertam, L. fin. Cod. de nuptiis, L.* 1. *Cod. de naturalib. liber. Novell. Juſtinian.* 89. *cap.* 15. &

Novell.

Novell. 117. *cap.* 6. *Ulpian. in fragm. tit.* 14. *in princ. &* *tit.* 17. §. *aliquandò, Ramos ad leges Jul. & Pap. lib.* 2. *c.* 1. & fere per totum *libr.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 1. *& ſeq. & cap.* 7. 12. *&* 15. qui demore eruditè, ac ſcitè hæc omnia illuſtrat:alia notat ſimiliter *Gonçalles Telles in c.* 20. *ſub n.* 12. *de ſponſalib.* Non leve què nobilitatis veſtigium, & argumentum etiam eſt, quòd apud nos Senatorum privilegio gaudeant belli , ſtatûſque Conſiliarii. Sed quid ampliús? ipſi æquiparantur Principi Senato-
256 res *L.* 1. §. *de qua autèm dig. de poſtulando, L. quòminùs dig. de fluminibus*: imò Princeps ipſe inter Senatores numeratur *L. jus Senatorum Cod. de dignitatib. lib.* 12. ac in Senatu aſſiduè repræſentatur *L. eos* 16. *Cod. de appellation. Fraſſo de reg. patronat. Indiar. cap.* 32. *n.* 60. *& c.* 50. *n.* 49. *Caßaneus in catalog. gloria mũdi p.* 7. *conſiderat.* 9. *Fontanel. deciſ.* 573. *n.* 1. *Solorzan.*
257 *de jur. Indiar. lib.* 4. *c.* 12. *n. fin. Amigant. deciſ.* 24 *num.* 15. ubi *Solorzan. & Salgad. refert. Eminentiſſimus Albitius de inconſtantiis in judic. q.* 37. *á n.* 309. Togati & Xerxes, Lucullus, aliiquè Principes fuere apud *Plutarch. in Lucul. & Velleium*:& de aliis Principibus jam ſupra dixi.

Princeps de Senatorio ordine eſt.

Princeps eſt ubiquè in Senatu.

Indè, libertate jam ſublata, toga Imperato-
258 res uſos pro comperto tradidit *Octavius Ferrarius lib.* 1. *de re veſtiar. c* 26. nàm præter Cæſarem, qui in toga confoſſus eſt, tradit *Suetonius* Caligulam togatum à ſpectaculis proripuiſſe. Togamquè regium geſtamen dictum probavit ipſe *Ferrarius lib.* 1. *cap.* 1. maximè prætextam, prout aſſe-

Imperatores etiã poſt ab eis imperii dominiũ uſurpatum toga utebantur.

runt *Plinius lib.* 8. *c.* 48. *Tiraquel.ad Alexandrum dier. genial. lib.* 5. *c.*18. *lit.H.* Et *Granachas*, quibus utimur Senatores, & cujus verbi ethymologiam 259
ex Syriaco ſermone derivari tradit peritiſſimus & eruditiſſimus *Pater Bluteavius* in theſauro [ſic appellare juvat] linguæ luſitanæ,

Granacha unde dicta.

veſtem Imperatorum fuiſſe tradit *Bullenger. de Imperatore Romano lib.* 2. *c.* 4. *lit.B.* ubi ſic loquitur: *veſtis Conſtantinopolitani Imperatoris* Granatza *dicta; reliquorum Principum lapatza. Granatza quaſi laxis,& fluentibus manicis trabea,& veſtis nitens ex duabus vocibus ſyris Charana, Tzach contra lapatza pro lappatzach. Martialis* quoqué Domitianum Martem togatum appellat; ſimiliter,& *lib.* 7. *epigram.* 11. *Spartianus de Adriano* ait; quod in Italia ſempér togatus procederet. *Capitolinus* etiàm notavit Antoninum Philoſophum togam ſumpſiſſe : ſic Pertinacem, cum peteretur ad necem, toga caput operuiſſe traditur. Teſtimonium haud diſſimile habetur apud *Lampridium in Alexandro*: & apud *Ferrarium lib.* 1. *c.* 26. plurima de togatis Imperatoribus leguntur. Hodie & extant toruli inquibus Marci Antonii effigies togati apparet. Quis autèm in noſtra Luſitania inter excellentes, & illuſtriſſimos, qui à togato non veniat ordine? Pauci ſané. Omitto perplu- 260
res præclariſſimos, imò & illuſtriſſimos, quos vidimus Senatorio ordine perfulgere. Quis illuſtriſſimus, qui à togato Joanne Fernandes da Silveyra non deſcendat? Quot illuſtriſſimi

Pauci in Luſitania etiam inter excellẽtiſſimos, regioque ſtemmate condecoratos, qui ex ordine Senatorio nõ veniãt.

Joannem

Joannem de Regras habent aſcendentem etiá regio ſanguine ornati? Nonnè excellentiſſimos procreavit deſcendentes togatus Joannes Mendes da Augoada, qui ex patre Hiſpano,& nobiliſſimo certiùs ortus erat? Illuſtriſſimam nonné prolem effecerunt Ægidius ac Joannes Docem? Illuſtriſſimos nonné deſcendentes habent Sebaſtianus de Mattos, & Rodericus de Mattos de Noronha; Gomeſius de Alvarenga Martins; Rodericus Gomeſius Alvarenga Cancellarius hujus Regni, & à Sereniſſimo Eduardo orator miſſus ad Põtificem, & Imperatorem; Gaſpar de Carvalho,qui etiá orator fuit apud Regem Hiſpaniæ à Sereniſſimo Joanne 3. miſſus; Vaſcus Fernandes Lucena, qui utique miſſus orator per Sereniſſimum Eduardum ad Baſileenſe Concilium,& per Sereniſſimum Joannem 2. ad Romanam Curiam; Didacus Barboſa,& Sebaſtianus Barboſa? Cæteros ſi referrem ad genealogicum noſter tranſiret diſcurſus: obliviſcendum tamén non eſt de illuſtriſſimo togato D. Carolo de Noronha regio qui perfulgebat ſanguine, literis, & moribus præſtantiſſimo, cujus & prolis celſitudo jam contigit aſtra. De Auguſti nobilitate laus dicta, quòd primus Senator pater ipſius fuerat.

261 Cognitis igitur populi Romani diviſionibus, ipſorumque dignitatibus: quotuplex apud illos toga, togæquè uſus pro dignitatum

Togæ diviſio proli- xius elucida- tur.

Undu- lata to- ga.

Toga prætex- ta.

Togæ prætex- tæ uſus uſque ad puber- tatem conceſ- ſus.

diſtinctione fuiſſet, videamus. Fuerunt autém togæ hæ: Undulata, Prætexta, Virilis, Forenſis, Candida, Pura, Pulla, ſeu Lugubris, Sordida, Picta, Purpurea, Palmata, & Militaris, ac Raſa. Undulata toga regia dicebatur; eaquè Servius Vullius uſus eſt: undata dicta, quòd undis aſperſa foret *Theatr. vit. hum. verb. ars pag.* 527. Prætexta dicitur à prætexendo, quia ei purpura, ut *Macobr. Roſin.* & *Bayſius* aiunt prætexta erat: hoc eſt, quia purpuram in ora habebat. Erat enim prætexta toga, cujus circuitus purpura prætextus erat, hoc eſt limbus purpureus, *Chavarri in Didaſc.* 2. *p. c.* 14. *n.* 1. Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus ad Conſtantinam relegatus odio Fredegũdæ Reginæ fuit, ut poſt alios dixit *Salſed. de leg. politic. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 49. Togâ autem prætexta utebantur pueri cives Romani uſque ad annum, quo à pueritia 262
exceſſiſſent *Petrus Greg. de republic. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 16. *Chavarri d.* 2. *p. c.* 14. *n.* 1. Puberibus etenim, exceptis magna indignitate conſtitutis, prohibita erat: quæ quidem interdictio ad pueros nõ protrahebatur; iſti enim legibus veſtiariis non ſubjiciuntur, ſaltém quo ad pænam; videndus *Narbona de ætate anno* 7. *q.* 25. Dicebaturqué annus ille Tyrocinii. Qui quidem mos incæpit in filio Demarati exulis Corinthii, quem Tar- 263
quinius Priſcus cùm de Sabinis triumphum ageret, annos quatuor decim natum, quòd hoſtem in eo bello percuſſiſſet, bulla aurea,

præ-

prætextaqué toga donavit. Indé deductus mos, ut pueri prætexta, & ut nobilium filii aurea inſimul bulla inſigniti eſſet: bulla enim aurea cúm toga ſolúm filii patriciorum, & eo-
264 rum, qui curulem, hoc eſt ſedem eburneam in curru, geſſiſſent, utebantur. Hæc quanvis receptu magis digna viſa ſunt; alii tamén & peritiſſimi aliter originem reihujuſce deducunt; aiunt enim, quod primúm bulla aurea, prætextaque toga inſignitus fuerit filius Herſyliæ, eò quòd prima ex omnibus Sabinis mulieribus raptis in principio urbis partum edidiſſet. Alii eò referunt togam prætextam pueris eſſe datam, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur. Alii tandem aiunt hoc honoris cauſa tributum pueris matronarum, quarum interventu ſedatum prælium fuit regnante Romulo: videndus *Chavarri in Didaſc. 2. p. c. 14. n. 1.*

De bulla aurea, initioquè prætexta toga.

265 Singularis verò Flacci fuit ſententia; togæ ſcilicet prætextæ uſum primúm ei puero cōceſſum, qui cùm circenſium die de cænaculo pompam ludorum ſupernè deſpexiſſet, & patri retulliſſet quo ordine ſecreta ſacrorum in arca Piſenti compoſita vidiſſet: ea re oraculi, quo nunciatum erat, populum Romanū præterea à peſtilentia laborare, quòd Deos deſpi-
266 ceret, aperuiſſet. Quod & ad puellas ingenuas porrectum fuit; ait enim *Cicero in Verrem: Eripies pupillæ togam prætextam.* Et *Propertius lib 4.*

Puellæ etiam prætextatæ.

Mox

Mox ubi jam faſcibus ceſſit Prætexta maritis
Vinxit, & acceptas altera vita comas.

De prætextatis apud nos mentio ſit paſſim, §.
injuria autem inſt. de injur. L. 3. §. *proximo dig. de liber.*
exhib. L. 23. §. 2. *dig. de aur. & arg. leg. Oſuald. ad Do-*
nel. lib. 3. *c.* 14. *lit. B. Retes lib.* 1. *opuſc. cap.* 23. *n.* 25.
cũ aliis *Chavarri* 2. *p. c.* 14. *n.* 1. & infra dicemus.
Apueritia cum exceſſiſſent, depoſita prætex-
ta, togam, civium Romanorum inſigne, aſſu-

De ætate ſumendæ virilis togæ.

mebant, ut ipſo cultu virilem animum, ac mo- 267
rem profiterentur: unde virilis toga dicebatur;
& *Cicero in Philippica* ait: *ſumpſiſti virilem togam.* De
Nerone traditur, quod vix pubeſcens togam
virilem ſumeret; ait enim *Tacitus* 12. *annal. quo*
capeſſendæ reipublicæ habilis videretur, vix pubeſcens ma-
turatam togam virilem induit. Sicut & pueri donec

Iterum de puellis prætexatis.

virilem ſumerent, prætexta incedebant, ita
& puellæ donec nuberent; quod ante *Roſinum*
dixit *Feſtus* his verbis: *Nubentibus depoſitis prætextis,*
á multitudine puerorum obſcæna clamabantur; Seneca epiſt.
4. §. *injuria autem* ubi *Pichard. n.* 5. *inſt. de injuriis,*
Chavarri 2. *p. c.* 14. *n.* 1. *verſ. Prætexatæ.* Erat itaque
in pueritia communis toga prætexta; at verò
poſt exceſſum à pubertate virilis erat, quam
puberes aſſumebant *Petr. Greg. de republic. libr.* 4.
c. 11. *n.* 16. dicebaturquè libera toga, eo quod
omnis honeſta libertas, quæ aliorum eſſet ci-
vium, iis concederetur, qui eam induiſſent.
Undè *Gellius lib.* 8. *c.* 4. *cum jam adoleſcentuli*, ait, *Ro-*
mæ prætextam, & virilem togã mutaſſemus, magiſtroſque 268
tunc

tunc nobis metipſis quæreremus, in ſandaliario fortè apud librarios fuimus. Indè & dies ille mutatæ veſtis liberia in Faſtis appellatur; is eſt qui incidit in 16. Kalendis Aprilis, ut ex *Macobrio, Plutarcho, & aliis* obſervavit *Thomas Dempſter ad Roſinum lib.* 5. *c.* 32. *in paralipom.* cultiſſimè *Ovidius lib.* 3. *Faſtorũ*:

Reſtat ut inveniam, quare toga libera detur
Luciferis pueris, candide Bacche, tuis.
Sivè quod ipſe puer ſemper, juveniſque videris,
Et media eſt ætas inter utrumque tibi:
Seu quia pater eſt, patres, ſua pignora, natos
Commendabant curæ, numinibuſquè tuis.
Sivè quod eſt liber, veſtis quoquè libera per te
Sumitur, & vita liberioris iter.

Alluſit & *lib.* 4. *de Triſtibus eleg.* 10.

Intereà tacito paſſu labentibus annis
Liberior fratri ſumpta mihique toga eſt.

Eadem proſequitur diſcrepatio de tempore ſumendæ togæ.

De anno Sumendæ virilis togæ præſcripto
269 acris eſt diſceptatio. Aliqui enim decimum ſeptimum dixerunt; alii uſquè ad decimum octavum: alii decimum quintum attingere quòd ſufficeret. Aliqui etiam ſunt, qui vigeſſimum annum præfiniunt, ſicut & alii qui in quarto, & vigeſſimo à multis ſumptâ enarrât, ut videre eſt apud *Lexicon Calvini*, & impium *Hoſeman verbo toga, Alexand. ab Alexand. dier. genial. lib.* 5. *c.* 18. *pag.* 711. & 712. Auguſtus Octavius annorum ſedecim, & Caius Cæſar in undevigeſſimo. Nero autèm vix pubeſcens; Divus Antonius Philoſophus, & ex Cæſaribus quàmplures

plures in quinto decimo virilem deſumpſere
togam; tunc cúm præceps, & lubrica juvenũ
ætas videbatur, *Tiraquel ad Alex. ſuprà*, *Tacit.* 12.
*annal. Suetonius in Auguſto c.*8. *& in Caligula cap.* 10.
Et quòd ab anno 17. completo, & initio 18.
prætextâ depoſitâ, virilis ſumebatur toga, ait
alios adducens *Chavarri d. c.*14. *ſub n.*1.

Communis tamèn erat ſenſus ex anno de- 270
cimo ſexto uſquè ad decimum ſeptimum, *Bay-
ſius de re veſtiaria c.*1. *Dempſter ad c.*32. *Roſini*, *Sueto-
nius in Auguſto c.* 8. dúm ait: *Quadrimus patrem ami-
ſit: duodecimum agens annum aviam Juliam defunctam
pro concione laudavit; quadriennio poſt virili toga ſumpta
militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt.*
Accedunt & pro hoc opinamento noſtrorum
plures, qui id à Servio Tullio præſcriptum di-
cunt; cujus meminit *Gellius noct. Atticar. lib.* 10.
c. 28. & illa in ætate pubertatem incipere de-
ducunt indè plures alii, inter quos *Bertachin. lit.
P. verbo pueri verſicul.* 1. & *verſ. pueritia durat*, *Hiero-
nimus Cagnol. in L. cum quadam puella n.* 2. *dig. de juriſ-
dictione omnium judicum*, eruditus *Franciſc. Polletus
hiſtor. for. Roman. lib.* 2. *c.*6. *in fine*, ubi inquit, quòd
pueritia pares annos numero habet annis præ-
textæ, qui exporriguntur ad decimum ſepti-
mum ex præſcripto Servii Tullii, *Oſuald. ad Do-
nel. lib.*18. *c.* 3. *lit. S. Cardoz. in praxi verbo ætas n.* 1.
Calvinus in lexicon juris verb. ætatum gradus, *Aſinius de
execut. c.*526. *n.* 16. qui quidem omnes moven-
tur utique per textum *in L.* 1. §. *pueritiam dig. de
poſtulando*,

Google

poſtulando, ubi pueritiam definiens Ulpianus, ad decimum ſeptimum annum durare ſcribit; quod etiam Marcello placuiſſe videtur *in L. Plubius* 30. §. 1. *dig. de condit. & demonſtr.* ſufficiebat autem attingere decimum ſeptimum, quia in honoribus annus cæptus pro completo habetur, *L. ad rem publicam* 8. *dig. de muner. & honorib. Mattheu de regim. Regn. Valen. c.* 4. §. 5. *n.* 13. *&* 14. *Triſtany tom.* 1. *deciſ.* 15. *n.* 15.

271 Verùm, paucis iſtis, & aliis, ſi qui ſunt, exceptis, ferè totus ſcriptorum numerus in ea eſt ſententia, quòd ſcilicèt pueritia in maſculis in decimo quarto finiatur anno, ultraquè non progrediatur. Ita juxta ætatis diviſionem ab *Hyppocrate* & *Varrone* factam tenent *gloſ. in L. pueri* 204. *dig. de verbor. S. & in lege fin. verb. parvulus Cōd. de infantibus expoſitis & in c. pueri* 1. *q.* 1. *Bartolus in L. mela dig. de alimentis legat. Alciatus in dict. L. pueri* ubi cæteri, *Oldrad. conſ.* 326. *ſub n.* 14. *Mandoſ. de ætate minor. c.* 4. *n.* 1. *Tuſchus pratic. lit. P. concluſ.* 973. *Menochius de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 57. *n.* 2. *Aſor. moral.* 2. *p. lib.* 6. *q.* 6. *ad finem, Farinac. in prax. tom.* 3. *q.* 92. *n.* 6. *& tom.* 2. *deciſ.* 124. *n.* 2. *Souſa in aphoriſmo Inquiſ. lib.* 3. *c.* 32. *n.* 11. *Altimar de nullitatibus rubr.* 11. *q.* 3. *n.* 28. *Gonſales Telles in c.* 2. *n.* 7. *circa finem de delictis puerorum n.* 7. *circa finem, Auguſtin. Barboſ. in proœmio ad lib.* 6. *n.* 23. *Narbon. de ætate ann.* 8. *q.* 1. *n.* 8. *Jovius de ſolemnitatibus in contract. minor. gloſ.* 9. §. 1. *num.* 27. *Harpprect. in §. pœna* 5. *n.* 75. *inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. Lara de vita hominis c.* 22. *n.* 1. *&* 2. *Virgil. de*

Pueritia quādo finiatur.

legit. perſon. c. 1. n. 6. Quorum exiſtimatio, quæ procùl dubio vera eſt, vim accipit ex reſponſis Papiniani, Pauli, & Ulpiani in L. in tabulis 39. dig. de ſtatu liberis, in L. penult. §. 1. dig. de reb. eor. in L. 5. dig. de adminiſtrat. tutor. & in L. 3. §. ſi duo impuberes dig. de Carbon. edict. quibus ad ſtipulatur text. in c. quos in fin. de conſecrat. diſtinct. 4. naturaleſque rationes præſtat Petr. Garc. in Avicennam Fen. 1. lib. 1. doctr. 3. c. 3. diſput. 16. cap. 3. noviſſimé Galindo in inſtit. Hiſpan. lib. 2. de matr. & liber. §. 11. maximé propoſ. & gloſ. 4.

Quâ ſententiâ amplexa parúm repugnat 272

L. 1. §. pueritiã digeſt. de poſtulando.

authoritas dict. L. 1. §. pueritiam, ſiquidèm ut Farinacius dict. q. 92 num. 7. ſentit, ibi non fuit præſcriptus terminus ſimplicis pueritiæ, ſed pueritiæ plenæ, quæ à Prætore requiritur ad poſtulandum in judicio; plena enim pueritia decimo ſeptimo anno perficitur L. mela dig. de aliment. & cibar. legat. Faber in juriſprudentia Papin. tit. 22. princip. 2. circa finem, Pinel. 2. ſelectar. c. 4. num. 24. Oſuald. ad Donel lib 3. c. 14. liter. B. in fin. Gomes 3. variar. c. 1. ſub n. 63. Narbon. de ætat. ann. 25. n. 4. diſtinguitur enim pubertas in ſimplicem, plenã, & pleniſſimam, poſt Oſuald. Coſta, & alios Narbon. de ætate ann. 18. q. 1. qui á n. 3. cúm Pinel. ubi proximè n. 26. intelligit L. cùm filio dig. de legat. 3. prout intellexit ann. 8. q. 1. n. 10. dictam L. 36. §. 1. dig. de condit. & demonſtr. & notant DD. in §. minorem natu inſtitut. de adoptionib. & in L. Arrogato 40. §. fin. dig. eodem. Hanc eandem diſtinctionem

nem pubertatis agnovit *Ordinatio* noſtra *lib.5.tit.* *De ordin.lib. 5. tit. 136.*
273 136. dúm devians à jure (juxta quod pubes quatuordecim annorum in atrociſſimis pæna plectabatur ordinaria *Bartolus in L. ſi quis in tantam Cod.undé vi, & in L.1. §. nuntiatio dig. de novi oper. nuntiat. Carena de officio Inquiſit. p. 3. §. 6. á n.20. Caldas in L. ſi curatorem verb. vel adverſarii dolo n.55. Fontanel. dec.* 121. *á n.* 11. *Cortiada deciſ.* 96. *n.* 58. *Baron. minor. ætat. effect.* 20. *n.* 28. *Raynald. lib. 2. obſ. c.* 14. *n.* 271. *Marinis reſol.* 169. *n.* 2. *Barboſ. in c.1. de adulter. n.* 3. *Matthæu de re criminali controverſ.* 8. *n.* 18. ex *L. excipiuntur dig. ad Senat. conſ. ſyllan.*) cavet nè ullo caſu minor annorum decem & ſeptem pæna mortis plectatur; maiori verò hujus ætatis delinquenti, dùm vigeſſimũ non impleat annum, arbitrio relinquit judicis circa imponendam pænam ordinariam, juxta factorum, & perſonarum qualitates: inquo apertè pubertatem ſimplicem à plena ſecernit.

Sed quia incidimus in dictam *Ordinationem*
274 *tit.* 136. & hoc ipſo die 25. Januarii anno 1716. quo hæc ſcribimus, quidam adoleſcentulus [juxta acta, non juxta veritatem, nàm ut accepi maior erat, crimen cúm perpetraverat] furca ſuſpenſus fuit, eò quòd adhuc ephebus à decimo ſeptimo anno homicidiũ comiſiſſet, dúm inimico poſt rixam fugienti vulnus gladio à tergo inferret in foro, apud nos *Rocio* nuncupato; reſque in Senatu noſtro admodum diſputata fuiſſet inter decem judices Sapien- *Proſequitur de ord. libr. 5. tit. 136.*

tiſſimos: advertenda hûc duxi ea quæ à peritiſſimis Patribus didiſci. Prima dubitatio circa noſtram legem non levis eſt, an ſcilicet probato dolo in delicto à maiore decem ſeptem annorum perpetrato, elicitaque doli probatione ex delinquentis perſona, & qualitatibus delicti, locum habeat arbitrium? Videtur quòd non ex apertiſſimis ejuſdem *Ordinationis* verbis ibi: *E ſe o achar em tanta malicia que lhe pareça que merece total pena, darlhahá poſtoque ſeja de morte natural.* Secunda, maiorquè dubitatio eſt, àn præ- 275
ceptum hujus legis vigeat quandò judices illũ ſolumodò arbitrantur dolum, qui in maiorem ſimpliciter cadere ſolet: hoc eſt, utrum maior decimo ſeptimo anno ſi homicidium perpetraverit doloſum, abſque alia atrocitatis qualitate, vel inſidiæ circunſtantia ſit puniendus neceſſariò pæna mortis, ſicut maior doloſum homicidium committens? Dicendum, quòd non; arbitrium enim relictum tantumodo eſt ad circunſtantias ponderandas, quæ ſuprà dolum ſint: dolo autém ſimplicitér exiſtente, pænâ ordinariâ plectendus non eſt maior decem ſeptem annorum: alioquin nullum eſſet diſcrimen inter maiores & minores contra *L. fere dig. de reg. juris L.* 1. §. *impuberes dig. ad Syllan. cap. hoc ſit poſitum* 26. *q.* 7. Meritò quapropter noſtra lex, ut minor viginti annorum pæna ordinaria plectatur exigit arbitrium regulari ex perſona, modo, & circunſtantiis, quæ ſimul con-

concurrere debent ut pœna mortis neceſſariò imponatur; juxta regulam deductam ex *L. ſi hæredi 5. dig. de condition. inſtitution.* quia circunſtantiæ, & qualitates à lege requiſitæ, omnes inſimul concurrere debent *Bartol. in L.* 1. §. *quod autem dig. ne quid in flum. privat. Larrea alleg.* 11. *num.* 1. *Leonardus Gutierres de compenſat. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 30. & in materia pœnali *Harppr. in* §. 6. *n.* 6. *de oblig. quæ ex delicto;* quibus ceſſantibus mitior pœna imponenda, eò quòd illa ætas proclivius incitet ad delinquendum, & non deliberatione delinqui ſoleat; ac proinde magis ætatis vitio, quam pertinaci malitiæ delictum adſcribendum ſit, *Tiraquel. de pœnis temperand. cauſa* 4. *Narbon. de ætate ann.* 25. *n.* 31. cùm enim controverſum
276 in jure eſſet, àn judex minori viginti quinque annis teneretur mitiorem pœnam adhibere, prout ex aliis affirmant *Conciol. alleg.* 86. *num.* 4. *Raynald. obſ. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 288. noſtra lex opiniones concilians, illam fuit amplexa diſtinctionem, quòd nempè uſque ad decimũ ſeptimũ annum pœna ordinaria non intraret; & ex decimo ſeptimo uſquè ad vigeſſimũ in arbitrio eſſent qualitates, quæ delictum ultrà aggravarent, & judices juſtè ad ſeveritatem inducerent, ratione habita perſonæ delinquentis, modi, & circunſtantiarum delicti. Quod etiã in terminis juris communis docuit *Raynald. d. c.* 14. *n.* 288. *& ſeq.* Quæ haud levitèr confirmari
277 videntur ex eo quòd apud Hiſpanos ſimilitèr cavetur,

cavetur, quòd in arbitrio judicantium ſit imponere pænam ordinariam, vel arbitrariam in maiore 17. annorum; arbitrio tamèn reſtricto, prout apud nos, ad modum, & ad perſonam: nihilominús tamén regula apud illos eſt, quòd minori ordinaria pæna minimé imponenda ſit *Gomez. 3. variar. c. 1. ſub n.* 63. *uſque ad finem* ubi ità faciendum conſulit. Latius, & melius *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 43. & ſignanter, *n.* 6. qui *n.* 7. *&* 8. limitat in atrocioribus: arbitrante enim judice quod atrocitas delicto inſit, non tutò mitiorem judicabit imponendam pænam. Notandum obiter hic eſt Hiſpanam legem ſeveriorem eſſe, cùm minori 17. annorũ in graviſſimis pænam mortis inferri jubeat; teſtaturque de ejus praxi *Molina de juſtitia tract.* 3. *diſput.* 36. *n.* 6.

Tutam verò non opinor eorũ ſententiam, 278 qui tenent etiam ſtante ſtatuto præcipiente quòd minori pæna mortis certis in caſibus imponatur, poſſe judicem minorare pænam, de qua re *Cevallos commun. contr. commun. q.* 540. *á n.* 19. *Petr. Caball. centur.* 2. *caſ.* 134. *num.* 11. *Proſper. Fagnan. in c. canonum ſtatuta de conſtitutionibus n.* 109. Silentio utiquè prætereundum non eſt, minús rectè reprehendiſſe *Matthæu de re criminali controvert.* 8. *n.* 22. Didacum de Narbona, dùm 279 regulam iſte conſtituit, quod maiori 17. annis ordinaria pæna imponenda non eſſet etiam inſpecta Hiſpaniæ lege; dicens Matthæu Didacum

dacum de jure communi loqui, non autèm de jure patrio; cùm tamén apertè in terminis legis patriæ indubié Narbona loquatur. Minùs
280 utiqué bené praticatum fuit in recipiendis articulis circa minoritatem viginti quinqué annorum, ſi verum eſt, quòd tradit *Molina* ubi ſuprà; poterat enim in hoc falli à referente religioſiſſimus ille vir.

Utrúm autém qualitas proditionis conſideranda, cùm inimicus occiditur à tergo; non levis eſt contentio, in qua *Bartolus in L. perſpiciendum §. delinquitur dig. de pænis* negativé reſolvit, eò quòd inimicus debuerat cautè prævidere, & præcavere ab inimico: *Bartolum* ſequi videntur *Franciſcus Joſeph de Angelis de delictis* 1. *p. c.* 66. & alii relati *per Farinacium q.* 18. *n.* 76. quorum aliquis communem *Bartoli* opinionem dicit. *Bartolum* autém plures numero, & magis communitèr reprobant DD. inter quos *Fontanel de pactis clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *n.* 118. *Frances de competent. q* 91. *n.* 13. *cùm Covas, Caballo, Claro, & aliis multis Matthæu de re criminali controverſ.* 30. *n.* 24. *Farinacius dict. q.* 18. *dict. n.* 76. *Bartolum* expreſſé reprobantes, plurimos adducens *Cortiada* 2. *p. deciſ.* 96. *n.* 6 *junct. n* 5. ubi oſtendit proditorium homicidium non tantúm illud eſſe, quod ſub colore, & ſigno amicitiæ comittitur; juncto etiàm *n.* 39. & magis in puncto *deciſ.* 97. *n.* 15. ubi cum multis probat inſidioſum eſſe homicidium, à tergo vulnere illato; cúm tamén inſidiæ, & proditio ſinonima

De homicidio, & quãdo proditoriũ dicenaũ.

Homicidium inſidioſum, & proditorium idem eſt. nonima ſint, unumque & idem ſignificent, cúm *Peguera*, *Guaſino*, & aliis ipſe *Cortiad. dict. deciſ.* 97. *ex n.* 1. *uſque ad n.* 5. alios plures adducens. Notandum tamén, quód dúm *Bartolus* tenet, impetuoſum eſſe homicidium, & non proditorium, ſi alter ex rixantibus alterum inſequens à tergo lædat, non invenitur in hoccaſu reprobatus, ſed tantúm cúm nulla interveniente cauſa rixæ, amicus, vel inimicus tale non præcavens occiditur, *Cortiada* ex inumeris hoc dicens *dict. deciſ.* 96. *n.* 6. undè proditorium dicitur homicidium nulla amicitiæ, vel inimicitiæ ratione habita, ut ultra citatos tenent *Calderò dec.* 38. *n.* 25. *Amigant dec. n.* 9. qui ex *num.* 21. adverſus *Bonden.* cum magis communi tenet ex loco publico potius excludi præmeditationis conjecturam: de quibus omnibus diſceptatũ fuit in Senatu. 281

Aſt eò, à quo digreſſi ſumus revertentes, dicimus adverſus ſententiam eorum, qui pubertatem in decimo quarto anno finiri veriús putant, non adverſari dictam *L.* 1. §. *qui pueritiã dig. de poſtulando*, cùm ut diximus, in poſtulando plena requiratur pubertas: de quo textu ultrà citatos agit *illuſtriſſimus olim Senator Martinus Alphonſus de Mello Ægitanenſis Epiſcopus in commentariis ad c.* 5. *ex n.* 15. *de procuratorib. in* 6. non dùm prælo traditis; libri enim adhuc non impreſſi allegari poſſunt, ut veriús adverſus aliquos probat *Fagnan in c. cum veniſſent n.* 73. *de judiciis.* Utrùm autem 282

Latius agitur de L. 1. §. pueritiam dig. de poſtuland.

autem *dict.* §. *qui pueritiam* procedat in juriſconſulto, vel abſolutè in procuratore ad judicia; & an minor viginti quinquè annorum, maior tamèn decimo ſeptimo anno, poſſit ad judicia, ſicut ad negotia procurator conſtitui gravis eſt contentio inter profeſſores Canonici, &
283 Civilis juris: de qua re videndi *Epiſcopus Ægitanenſis* ubi proximè, *Paſserinus á ſextula in dict. c. qui generaliter* 5. *á num.* 19. *de procuratoribus in* 6. *Gonçales Telles in c. non injuſtè* 14. *n.* 1. *de procuratoribus, Vinnius in* § *juſtæ* 5. *inſtit. qui, & exquibus cauſis manumittere non poſſunt, ubi Harprect. n.* 9. & latiſſimè *in* § *procurator ex n.* 123. *inſt. de iis per quos agere poſſumus, Oſuald. ad Donel. lib.* 18. *c.* 3. *lit. T. Golinus de procuratorib.* 1. *p. c.* 4. *á n.* 16. *Berſanus de pupillis c.* 1. *q.* 4. *á n.* 18. *& c.* 3. *q.* 8. *Altimar de nullitatib. tom.* 2. *rubr.* 11. *q.* 31. *á n.* 2. *uſque ad n.* 23. *Baronius de effectu minoris ætatis effect.* 12. *Narbona de ætate anno* 17. *q.* 4. *per tot.* ubi alios adducit, *& q.* 2. ubi de ætate requiſita ad poſtulandum, & ad advocandum agit: quam differentiam noſtri pertractant, dùm laborant in conciliandis ordinationibus *lib.* 1. *tit.* 48. § 20. *& lib.* 3. *tit.* 9. § 5. *ut videre eſt apud Caldas in L. ſi curatorem verbo hunc contractum ex n.* 36. *Cod. de in integr. reſtit. Vas allegat.* 20. *n.* 9. *Ægid. in L ex hoc jure* 2. *p. cap.* 10. *n.* 1. *circa finem dig. de juſtitia & jure, Peg. tom.* 4. *ad dict. Ordinat.* §. 20. ubi etiam *Barboſa in remiſſ. Arouca in L.* 9. *n.* 10. *dig. de his, qui ſunt ſui.*

De ætate requiſita in procuratore ad negotia, & ad judicia remiſſivè.

284 Magis autèm urgere videtur *L. ſervis legatis* 81. *verſ. ſi cui viris dig. de legat.* 3. ubi, viris ſervis

L. ſervis 81. *dig. de leg.* 3.

legatis, pueri etiàm legati dicuntur: ex quo ſequitur pueritiam durare uſquè ad ætatem virilem, quæ incipit in egreſſu á viginti quinque annis *L. cùm anteá* 10. *Cod. de agricol. & cenſit. lib.* 11. *Lara de vita hominis c.* 30. *n.* 11. *Altimar de nullitatib. rubr.* 1. *q.* 3. *n.* 33. *Jovius de ſolemnit. in contract. minor. gloſ.* 9. §. 1. *n.* 30. qui virilem ætatem dominatam á Marte incipere ait ab anno 35.
uſquè ad 48. Pueros autèm dici eos etiam, qui 285

Pueri aliquãdo nuncupantur etiã inperfecta ætate conſtituti.

perfectam agunt ætatem voluit *Leſius Viſciola horar. ſubſel. lib.* 2. *cap.* 17. quo ſenſu docet accipiendum illud *Joannis* 21. ubi Chriſtus Redemptor noſter diſcipulos ſuos ita compellavit, dicens: *Pueri numquid pulmentarium habetis?* Quem tamèn locum ſcio diverſimode ab interpretibus ſumi: nàm ut refert *P. Joannes Maldonatus ad Joannem c.* 21. *lit. C. pag.* 1010. juxta *Euthyemium* vocavit diſcipulos pueros, quaſi robuſtos, atquè valentes; quales eſſe ſolent, qui ſe laboribus exercent: & juxta *Clem. Alex.* vocavit pueros, quia familiares: quem ſenſum ego comprobarem ex illo *Geneſ.* 22. *Abraham dixit ad pueros ſuos.* Ipſeque *Maldonatus* tandèm ait; quòd pueros vocavit tanquàm vir gravis, & ſuperior: ſolent enim iſti inferiores vocare filios, adoleſcentes, & pueros: quod ego etiàm comprobari poſſe autumo ex eodem Abraham, dum dixit: *ego, & puer* (qui trigeſſimum egerat annum) *revertemur ad vos*: & ex *illo* 2. *Regum,* 18. *ſervate mihi puerum Abſalon.*

Quód

286 Quód etiàm, quanvis ſub nota improprieta- *Intelligitur d. L. ſervis.*
tis admittit *Paulus Zachias quæſtion. medicoleg. libr.* 1. *tit.* 1. *q.* 4. *n.* 1. *& ſequentib.* Quæ cum ita ſint, non obſtat dicta *L. ſervis legatis*; ſiquidém prout etiã reſpondet *Narbona dict. q.* 1. *n.* 12. apud conſultum nulla ætatis ratio habita fuit, ſed tantùm ſexûs; teſtator enim legare volebat non fæminas, ſed viros, hoc eſt ſervos maſculos: quo in legato ſic univerſalitèr concepto, deciditur pueros comprehendi; non eó quód viri ſint, ſed quia non fæminæ ſunt: ſicùt & legatis fæminis, veniunt puerulæ virgines; ac muliebri veſte legata, etiàm infantilis veſtis cenſetur legata *L. cognoſcere* 52. §. *liberorum dig. de verbor. S. L. argent.* 25. *dig. de aur. & argent. legat.* Similitèr in titulo de donationibus inter virum, & uxorem, comprehenditur uxoratus, qui nondùm virilem ætatem attingit.

287 Ad togam igitur virilem [quæ erat pura ſine purpura *Senec. conſ. ad Marc. cap.* 9. & dicemus infrà] ſumendam non ſimplex ſufficiebat pubertas, ſed annus decimus ſeptimus requirebatur, prout ſimilitèr ad poſtulandum in *L.* 1. §. *pueritiam dig. de poſtulando*; non quia pubertas ſimplex juxta juris conſultos uſque ad illud duraſſet tempus, ſed quia juxta præſcriptum à Serv. Tullio illa ætas requirebatur ad ſumédam togam virilem, ut præter *Dempſter, & Pulletum* relatos, tradunt *Vinius in* §. *fin. in fin. inſtitut. qui, & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt*, & *in* §. 1. *Quænã pubertas ad togam virilem ſumendam.*

inſtitut. de injur. n. 9. & 10. ubi etiam *Harpreɛt. n.* 36.
cum *Gellio, Cicerone, & Plinio Budæus in L. fin. dig. de
Senatoribus; Balduinus in* §. 1. *de injur. Narbona de æta-
te anno* 8. *q.* 1. *n.* 7. & *anno* 17. *q.* 2. *n.* 2. *Laſarus Bay-
ſius de re veſtiar. c.* 10. *Uvolfang. Lazius comment. reipu-
blicæ Roman. lib.* 8. *c.* 2. *Petrus Crinitus de honeſt. diſci-
plin. libr.* 6. *c.* 7. *Gonçalles Telles in c.* 2. *n.* 11. *de delictis
puerorum, Petrus Greg. ſyntagmat. juris lib.* 19. *cap.* 3.
n. 11. *Oſual. ad Donel. lib.* 18. *cap.* 3. *lit. S.* ubi quod
ad hunc ſolum effectum inſtituto Servii pue-
ritia 17. annis diffiniebatur, cùm ab eo anno
idoneos reipublicæ exiſtimatos tradat *Gellius
lib.* 10. *noct. Atticar. c.* 28. quo quidem tempore,
virili toga ſumpta, ſolemni ritu in forum de- 288
ducebantur, quaſi in tyrocinium cauſarum
agendarum. Quod veró *Suetonius* refert *in Tibe-
rio c.* 6. de nono ætatis anno, ad judicium nil
pertinet; cum illæ declamationes, ut rectè di-
cit *Oſualdus*, oſtentationis cauſa comparatæ fue-
rint. A' quo non diſentit doctus *P. Almeyda*,
dùm ad *Suetonium in Auguſto c.* 8. indulgentèr ag-
noſcit Auguſtum ante 17. annum ſumpſiſſe
togam; ſic aiens: *poſt quadriennium cùm Auguſtus
anno jám ſex decim natus eſſet. Quam pueritiæ annos egreſ-
ſi, prætexta depoſita, ſumebant. Pueritia* 17. *ætatis anno
finiebatur, quam Auguſtus non expectavit.*

Undè audiendus non eſt *Narbona de ætate anno* 289
Narbona exploditur. 14. *p.* 3. dum palinodiam canens, putat togam
virilem ſumi ſolitam decimo quarto anno pe-
racto; cùm in contrarium communior adſit
ſententia,

ſententia, quam teſtimoniis doctiſſimorum jàm comprobavimus; ipſumque *Narbonam* expreſſé confutat *Gonçalles Telles* ubi ſuprà. Diffiteri tamén non poſſumus multùm in contrarium urgere *Verr.* teſtimonium apud *Plinium lib. 9. hiſtor. natur. c.* 33. *cæterum*, ait, *poſteaquàm pubertatis annos jam egreſſi eſſent, pupilli prætextam exuere, bullamque deponere, & induere virilem togam ſolebant, anno nimirùm ætatis decimo quarto, quinto, vèl ſexto.* Undé ipſe *Narbona* contra communem ex *Henric. Salmuth.* potiùs putat, nullum tempus præfinitũ ſumendæ togæ virilis, quia plures non eodem tempore ſumpſerunt, ut de *Auguſto, Caio, Nerone*, & *Antonino Philoſopho* teſtatur poſt alios *n.* 5. *in fin.* Verùm tamèn doctus vir, eò quòd aliquãdó ex indulgentia præfinitum tempus non expectaretur, regulam nõ debebat deſtruere.

290 Communi autèm, ſicut oportet, amplexa ſententia; non levis oritur difficultas ex *L.* 3. *in fin. dig. de liberis exhibendis*, ubi ingreſſus pubertatem dicitur proximé accedere jàm ad ætatẽ prætexati: quæ quidem difficultas augebitur ſanè ſi in rigoroſo latinitatis examine cum *Narbona* ubi proximè *n.* 6. dicamus, verborum ſenſum eſſe, quod ætas prætexati accedit pubertatem ingreſſo, quaſi poſt pubertatẽ illicò prætexatus quis eſſet; quòd equidèm ſivè de plena, ſivè de ſimplici pubertate textus loquatur, ſuam habet difficultatem: pro qua latius agnoſcenda videndus ipſe *Narbona.* Puto tamén *Agitur de L. 3. digeſt. deliberis exhibend.*

291

tamén conſulti mentem fuiſſe, quòd ſcilicet ingreſſus pubertatem ſimplicem, non multũ diſtaret à pubertate plena, quæ ætas eſt prætexati. Vél etiàm dicendum, procedere Juriſconſulti ſenſum in pubertate plena, quaſi diceret, quod ingreſſus decimum ſeptimum annum propé prætexatus fuiſſet, prout intelligit poſt alios *Oſuald. ad Donel. lib. 3. c. 14. lit. B.*

De ætate apud nos requiſita ad Senatoriã dignitatem.

Apud nos ante vigeſſimum quintum æta- 292
tis annum nemo ad ſenatoriam eligitur togam *Ord. libr. 1. tit. 93. Portugal de donat. reg. 1. p. lib. 2. c. 12. n. 32. in fine*: perniciosum tamen valdè eſt, quod in ætate adeo viridi ad hujuſmodi dignitatem quis ex tyrunculis, & non expertis vocetur *Portugal d. c. 12. n. 27. Solorſ. de jur. Ind. tom. 2. libr. 4. c. 4. n. 8.* Licet autém Senatores à ſenioribus dicantur *Portugal infra n. 30.* ex quo videmus *Virgil. 8. Æneidos* juvenibus oppoſuiſſe Senatum, hoc eſt Senes; & potius inde Senes maiori numero, quam juvenes in Senatores eligendi veniant, ut erudite multa cumulans probat idem *Portugal d. c. 12. á n. 28.* quibus addo *Plutarch. in vita Lycurgi*, ibi: *Senex ipſe, uti diximus, Lycurgus, primùm eos, qui capti ſui fuerant participes, deſignavit: deinde in locum demortui ſuffici juſſit eum virtute, qui eſſet præſtantiſſimus judicatus, ſexaginta annis maior.* Et idem *Plutarch. in opuſculo, An ſeni gerenda ſit reſpublica*, ait: *Ad parendum juvenilis, ad imperandũ ſenilis ætas accomodata eſt; ac maxime ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum, & juvenum arma obtinent. Laudaturquè*

Expediat nè quod Senatores ſint juvenes Senes, an potiùs viri, diſceptatur.

turquè maiorem in modum iſtud:

Primùm ætate graves, & forti pectore claros,
Neſtoream ad navim conductor dicere juſſit.
Conſiliumquè dare.

Atque ideo optimatum Magiſtratum ſpartanæ civitatis Regibus adjunctum Apollo Presbygenas, ideſt magno natu præditos; Lycurgus diſertè *Gerontes, ideſt Senes, nominavit.* Idem *Plutarch. in vita Lycurg.* refert *Tyrtei* carmina, quæ idem inſinuare videntur:

Concilii teneant Reges, & juris habenas:
Queis cura eſt Spartæ conſpicienda domus.
Grandævique Senes, & qui de plebe creati
Sanctarum legum civibus inſtar erunt.

Saluſt. in Catil. ibi: *Dilecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientiâ validum eſt.* Huc pertinet illud *Euripidis: Dictum eſt vetuſtum, facta juvenum; cæterum magis valent conſilia ſenum. Cicer. in Caton.* ait: *In agris tunc erant Senatores, ideſt Senes. Ovid. in Faſt.*

Nec niſi poſt annos patuit tunc Curia Cecros.

Nihilominus tamén, quidquid in conſiliariis ſit, in Senatu ſupplicationis, maxime in gravaminũ menſa, ubi nullus labor, nullum qué ſtudium par muneri eſt, minùs aptos cenſeo ſenes, dùm in virili ætate adſint qui literis, & experientiâ polleant; quibus & noſter abũdat Senatus. Similiter legimus apud Romanos fuiſſe cautum, ut ſenes à muneribus vacationem haberent, & non cogendos ad Senatum ire, *Plinius Junior lib. 4. epiſt. 23. Cicer. de ſenect. Seneca de brevit. vitæ, c. 20.* ibi: *lex á quinquageſimo anno*

militem

militem non cogit, á ſexageſimo Senatorem non citat. Notant *DD. in L. ſemper digeſt. de jur. immunit. in L.* 2. *Cod. de excuſ. muner.* & *in L.* 1. *Cod. qui ætate, Mancinus de triplici jur. coll. c.* 191. *Petr. Greg. lib.* 47. *ſyntagm. c.* 25. *n.* 14. *Paul. Zacch. tom.* 1. *quæſt. Medico leg. q.* 1. *& ultim.* Unde ſenes depontani dicebantur, non quia de ponte (ut aliqui putarunt) ab adoleſcentibus dejicerentur; ſed quia ſuffragium in Senatu non habebant, quod ferebatur ſupra menſam, quam pontem ipſi appellabāt, prout referunt *Marcus Varro lib.* 2. *de vita Patrum, Macrobius lib.* 1. *Saturnal. c.* 5. Aliqua præterea ad rem tradunt *Eſpeucens in D. Paulum ad Titum c.* 2. *digreſſ.* 4. *Creſolius lib.* 1. *myſtag. c.* 18. *Catrier in face hiſt. c.* 1. *Solorſan. in ſua Cand. n.* 265. *Theophil. tom.* 3. *q.* 4. *art.* 2. Ætatis annum quadrageſimum tertium attigerat Doctor Georgius de Cabedo cùm ad Palatini Senatoris munus ſuis meritis cooptatus fuit, prout ipſe teſtatur *in tract. de patron. reg. coron. c.* 48. *n.* 6.

Ritus in ſumenda toga, prout ex eodem 293 *Oſualdo* diximus, ſolemnis erat: quæ autèm ſolemnitas fuiſſet, videamus. Solemni feſto laribus ſuſpendabatur prætexta *Alexander ab Alexandr. lib.* 5. *dier. genial. c.* 18. *pag.* 709. togamque aſſumpturi, denarium in ædem juventutis deferebant, ex *L. Piſon. Pompeio*, & aliis *Dempſter ad Roſinum dict. c.* 33. induebantque Tyrones virili toga Diis præſentibus, hoc eſt ante altaria *Propert. lib.* 4. *eleg.* 1.

De ritu in ſumenda toga virili.

Mox

Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo,
Matris & ante Deos libera ſumpta toga eſt.
Perſius ſatyr. 4. *laribus donata pependit :*
meminit *Chavarri* 2. *p. c.* 14. *ſub n.* 1.

294 Commendabant patres Tyrones iſtos filios ſuos fidei Senatorum; cujus rei clara ſunt argumenta apud *Livium lib.* 5. *decad.* 5. *ad fin. ibi*: *filium poſtremò Nicomedem Senatui commendavit*: apud & *Suetonium in Auguſto c.* 56. *nunquam* (ait) *filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret, ſi merebuntur.*

295 Non omnibus tamén viris interdictus erat uſus prætextæ; ſed ſolùm quinque hominum genera ea utebantur, prout ex aliis aſſeverat *Chavarri* 2. *p. c.* 14. *n.* 1. Hac in triumphis uti ſolitum, ut ex *Tullio* & aliis tradit *Bayſius c.* 10. Eâdé etiàm aſſidùe utebantur Magiſtratus, pariter & Sacerdotes, laté *Ferrarius de re veſtiaria lib.* 2 *c.* 3. ubi varios confutat errores; pluraque extant teſtimonia apud *Ciceronem*, *Macrobium*, *Plutarchum*, *Polybium*, & alios: multa cumulat *Bulenger. de Imperator. Roman. lib.* 2. *c.* 4. Valerius Tribunus plebis apud *Livium lib.* 34. ait : *Purpura viri utemur, prætexati in magiſtratibus, in Sacerdotiis.*

In triũphis prætexta utebantur.

296 Quod ut ſic in cultu venerabiliores incederent, *ex Ariſtotel.* 6. *polit. Peres ad tit. Cod. de veſtib. holober. n.* 12. quaſi Principis referentes imaginem; *L. jus pluribus dig. de juſt. & jur. Valerius Maxim. lib.* 2. *cap.* 5. *in princip. Lucas de Pena in rubr. Cod. de appar. præfect. urb. lib.* 12. *& in rubr. de legat. lib.* 10. *n.* 22. *Bovadilla in politic. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 44. *Gonſalles Telles in cap.* 15. *ſub n.* 18.

Prætextam etiam Sacerdotes, & magiſtratus habebant.

n. 18. *de vit. & honeſt. clericorum, Maſtrill. de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 2. *á n.* 10. *Redin. de maieſt. principis in princip. n.* 26. De veneratione magiſtratibus debita,

De reverentia magiſtratibus exhibenda remiſſivè.

honoreque eis exhibendo, videndi *Solorzan. de* 297
jur. Indiar. lib. 4. *c.* 4. *á n.* 24. *tom.* 2. *de Luca ad Gratianum diſcept.* 284. *Giurba obſervat.* 8. *& conſ.* 38. *Larrea allegat.* 100; *pulchrè Lagunes de fructib.* 1. *p. cap.* 30. *n.* 20. *cum ſequentib. Cirinus in nex. rer. eccleſ. juriſdict. cap.* 6. *n.* 42. *cum ſeqq. Ciriac. contr.* 26. *Rainald. tom.* 1. *obſerv. c.* 2. §. 6. *&* 7. Ad conciliandam autèm auctoritatē, tuendam què dignitatem, debent magiſtratus in veſtibus non ſordere: unde, teſte *Plutarcho*, Populus Romanus infenſus fuit Catoni, quòd Prætor renuntiatus, jus diceret indutus abjectis, & laceris veſtibus, quaſi obſoleto cultu præturam deprimeret.

Senatores tamèn, cæteros qui antecellebāt 298

De veſte Senatoria.

magiſtratus, nō togam ſimplicitèr prætextam gerebant, ni ludorum diebus *Cicero* 2. *Phellippic. Roſin. antiquitat. lib.* 5. *c.* 32. In Senatu etiàm prætexta utebantur juxta illud ſæpè adductum *Propertii lib.* 4. *eleg.* 1.

Prætexati Senatores erant utiquè.

> *Curia prætexto, quæ nunc nitet alta Senatu.*

Et *Auſonii* 8.

> *Et toga purpurei rutilans prætexta Senatus.*

Indéque Senatores prætexatos indicat *Cicero Phellippic.* 11. ibi: *Cur non ſumus prætexati?* De quo videndus *Octavius Ferrarius de re veſtiar. lib.* 2. *cap.* 4.

Latus clavus quid eſſet.

Extra Senatum, latum clavum induebant: 299
purpura erat, quæ in pectore extendebatur

Sena-

Senatorum; cujus uſum poſteà Principes reti-
nerunt *Helenius ad Horatium lib.* 1. *Satyr.* 5. ipſeque
Horatius dixit:

Latum dimiſit pectore clavum.

Noſqué per ora togæ ſeu veſtis à cervice per
pectoris lata uſqué ad imum lato ſerico uti-
mur. Senatorum igitùr veſtitus, tanquàm vi-
rorum, qui Imperii tranquilitatem ſubeunt,
poloſqué ſubſtinent, ſuper omnes venerabi-
lis, diſtinctuſqué laudabilitér geſtabatur, *Surgi*
de Neapolitanis illuſtrib. c. 27. *n.* 9. ſubdens quòd
Ariſtoteles Alexandrum magnũ admonuiſſet,
300 ut habitum regalem ſempér indueret: *Seneca*
Neronis uxori, *induere te delicatè*, dicebat, proptér
honorem Imperii: facit bonus textus *in cap.* 1.
q. 4. 21. cum ſimilibus relatis per *Magon. de recta*
patroc. ration. c. 3. *Palat. Rubius de donat. in rubr.* §. 11.
n. 10. *in fin.* oportet enim quód veſtis conve-
301 niens ſit ſtatui, ordini, & officio, *L. ſed ſi quid* §.
mancipiorum dig. de uſufruct. L. 1. *Cod. nulli licere lib.* 11.
c Deus de vit. & honeſt. clericor. c. 2. *&* 3. 21. *q.* 1. cùm
ex veſte officium cognoſcatur *L. ita apud Labeo-*
nem §. *ſi quis virgines dig. de injur. Maſtrill. lib.* 5. *de ma-*
giſtr. c. 2. *n.* 16. multa congerit *Bovadill. in politic.*
dict. cap. 3. *n.* 44. *Pacian. de probation. lib.* 2. *c.* 19. *á n.*
36. uſque ad *n.* 47. *Giurba conſ.* 38. *ex n.* 4. *Natthen*
de juſtit. vulnerat. tit. 8. *de juſtit. vulnerat. in honorib. c.* 3.
Caſtro allegat. 7. *n.* 69. *&* 71. *Scopa ad Gratian. obſervat.*
29. *n.* 8. *&* 10. Unde ex malignata natura ad
proverbium tranſiit: *Hunc homines decorant, quem*

Toga Luſitana.

Laudatur gravitas incultu.

Indumentũ, dignitati quod conveniat oportet.

Diſcrimen in ſervorū veſtimētis.

veſtimenta decorant; juvat *Maſcard. de probat. concl.*
848. Inde in ſervorum, famulorumque veſti-
mentis olim diſcrimen *Bonacoſſa de ſerv. & famul.*
q. 79. *n.* 3. 4. 7. & 8. *Laurentius Pignorius de ſervis, &*
cor. miniſter. pag. 75. 76. 77. 78. 99. 260. 261. 272.
& per pileum ſervus dignoſcebatur à libero *L.*
directis 10. *Cod. de teſtam. manumiſſis, L.* 1. §. *ſed qui Cod.*
de latin. libert. tollend. Caſſan. in catalog. glor. mund. p. 1.
c. 44. *c.* 3. *Henrig. de molendin. q.* 12. *n.* 16.

Veſtis ergó cum arguat excellentiam digni- 302
tatis, unuſquiſque veſtiendus pro ſui gradus
ſtatu *Boarius de auctorit. magni conſil. n.* 29. *Caſtro alle-*
gat. 7. *n.* 71. & 73. laudabilis enim ſempèr fuit
diſtinctio ornatûs; late *Didacus de Caſtill. de veſtib.*
Aaronis verſ. 2. *illat.* 20. ad illà verba: *Facieſque veſtē*
Sanctam Aaron. Jacob laudatur, quòd Joſepho,
ut pulchior, & elegantior appareret, tunicam
polymitam fecerat, *Geneſ.* 37. 3. Angelus ille, qui
Magdalenæ apparuit ſedens ſuper Chriſti ſe-
pulchrum, ait *Matthaus* 28. 3. *Erat autèm aſpectus*
ejus ſicut fulgur; & veſtimentum ejus ſicut nix. Alexā-
der Severus Imperator [qui fuit poſt Helio-
gabalum] non Senatoribus tantùm, nequè 303
magiſtratibus, ſed & omnibus pro cujuſquam
dignitate propriam dare veſtem in animo ha-
buit: contradicentibus tamèn Ulpiano, &
Paulo, nè plurimum rixarum foret, tantùm
conſtituit, ut equites Romani à Senatoribus
clavi qualitate diſcernerentur; licet enim ex
diſcrimine veſtis non augeretur dignitas, or-

Alexādri Severi cogitatio circa veſtimētorum diſcrimen impugnata ab Ulpiano, & Paulo Juriſconſultis, qui apud ipſum floruerunt.

natur

natur tamèn & inſtruitur,ut bene dixit *Plinius:* quanvis hoc ad minuendam libertatem tendat juxta *Livium lib.* 33.

304 Inter Patricios itaque, & Senatores tunica latiore purpura efficiebat diſcrimen,quæ latus clavus dicebatur, Senatorum proprium inſigne, *Gloſ. in L. nuper dig. de donat. inter vir. Senator Guerr. de privilegiis familiar. Sanctæ Inquiſitionis c.* 22. *n.* 44. *Peres ad tit. Cod. de veſtib. holoberis lib.* 11. *n.* 12. *Gonçalles Telles in c.* 15. *ſub n.* 18. *de vita, & honeſt clericor. Theſaur. in præfat. deciſion. n.* 39. *Plinius lib.* 33. *c.* 1. *Lampridius in Alexandro, Suetonius in Auguſto, & in Claudio, Quintilianus lib.* 11. *c. fin. Briſſonius ſelect. antiquitat. lib.* 3. *c.* 16. cum *Caſſanao* & multis *Caſtro allegat.* 7. *n.* 87. qui tamèn minus benè prætextam cum lato clavo confundit, *Solorſan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 23. qui minus benè putavit magiſtratus lato clavo uſos fuiſſe. Et lati clavi dignitatem pro Senatoria accipi, tenet ex aliis *Retes de donat. inter c.* 5. *n.* 15. affirmat tamen, quod non omnes Senatores laticlavii fuerint; quibuſnam enim hic honos denegatus fuit in initio allectionis, *Sueton. in Claud. c.* 24. Quibuſdam ademptus poſt cõceſſionem, *idem in Tiberio cap.* 35. Itaquè latus clavus fuit inſigne primæ, & potioris nobilitatis. Indè *Velleius lib.* 2. refert Mæcenatem primum Auguſti Miniſtrum, vixiſſe non lato, ſed anguſto clavo contentum. Erat autem ut jam dictum, purpureus: unde *Ovid.* 4. *de triſtib.*

Latus clavus Senatorum inſigne propriũ.

Induiturquè humeris cum lato purpura clavo.

Unde latus clavus appelletur.

Ideo autèm latus clavus, ſeu lati clavus appellabatur purpura illa, quòd in ea aureus clavus affigeretur, ut Patriciorum ordinem à Senatoribus diſcerneret; ad quòd alluſit lepidè *Martialis lib. 5. epigram.* 17. 305

Dùm te poſſe negas, niſi lato Gellia clavo
Nubere; nupſiſti, Gellia, ceſtifero.

Latus clavus uſque ad tempora Alexādri Severi perduravit.

Juſtinianus cingulū induxit.

Lato itaque clavo uſi fuere Senatores ad tempora uſquè Alexandri Severi, quod aliqui probant (an benè neſcio) *ex L. ſi Rufinus* 4. *Cod. de teſtam. militis*: Juſtinianus tamèn Senatoribus prò ſtemmate ſuæ dignitatis cingulo uti permiſit *Novell.* 82. *c.* 1. §. 1. *Peres ad tit. Cod. de veſtib. holoberis & auratis lib.* 11. *n.* 12. *Theſaur. in præfat. deciſion. Pedem. ſub n.* 39. *Caſtro allegat.* 7. *n.* 87. *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 16. Indequè variũ fuiſſe Senatorum geſtamen conſtat: anteriori tamen ævo latus clavus, ut dixi, regium veſtimenti genus erat, regalibuſque pueris concedi ſolitum probat *Laſius lib.* 8. *comment. reipublic. Roman. c.* 4. ubi latè de clavo agit: juvantque *Livii lib.* 7. *decad.* 3. verba: *vocatum eum interrogat, vellet nè ad Maſiniſſam reverti; quùm effuſis gaudio lachrimis, cuperat verò diceret: tùm puero annulum aureũ, tunicam lato clavo, cum Hiſpano Sagulo, & aurea fibula, equmque ornatum donat.* Et iterùm *lib.* 10. *Munera, quæ legati ferrent regi decreverunt: ſagula purpurea duo cùm fibulis aureis ſingulis, & lato clavo.* 306 307

Latus clavus regium geſtamē fuerat.

Dicere tamèn cogimur, latus clavus quid eſſet, 308

eſſet, maximè peritiſſimos torſiſſe; de qua re hæſitarunt *Bayſ. de re veſt. Alex. dier. gen. lib.* 2. *c.*29. *& lib.* 5. *c.*18. & diſtinctius ſcripſerunt *Cujac. lib.* 12. *obſ. c.* 39. *Salmuth ad Pancirol. lib.* 1. *tit.*45. *Radero ad Martial. Epigram.*22. *Albertus Rubenus de re veſtiar. lib.* 1 per viginti quinque capita latiſſimè egit, remque obtruſam præ cæteris aperire operæ pretium exiſtimavit, qui *c.*13. diſputat faſciæ né eſſet, ſivè potiùs oraria. Materia autèm clavorũ, vel aurea, vel coccinea fuit, ita *Uvolfang. Laſius dict. c.*4. Latus autem clavus inſigne Senatorum, tunica erat juxta *Bayſium c.* 12. conſonat *Tranquilus in Auguſto c.* 94. ſic aiens: *ſumenti virilem togam, tunica lati clavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit. Tacitus in dialog. Equidèm ut me ipſe fatear, non eum diem latiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus eſt.*

Latiùs lati clavi diſcriptiones referuntur.

Quintilianus etiám 11. latum clavum ſic diſcribit: *Cui lati clavi jus non erit, ut tunica prioribus oris infra genua paulum; poſterioribus ad medios poplites uſquè*
309 *perveniant.* Quòd quidem geſtamen erat adinſtar Regum Perſarum, qui ita tunicam purpuream induebant, ac geſtabant, ut in medio intextum albũ haberet: ita & ſacrificuli in Phænicia albam tunicam geſtabant, quæ in medio purpura erat diſtincta, *Octavius Ferrarius in analect. de re veſtiaria c.* 15. ubi veriuѕ oſtẽdit unũ tantùm clavum fuiſſe in tunica Senatorum. Latum clavum etiàm, & ſi non multis, diſcripſit *Tiraquel ad Alexandrum ab Alexandro lib.* 5. *dier genial. c.*18. *pag.* 716. qui tamèn Alexander ibidem ait:

aliquas

Equeſtris ordo quomodo lato clavo inſignitus incederet aliquandò.

aliquas poſt ætates equeſtrem ordinem latum 310
clavum induiſſe, diſtinctum tamèn ſempèr à Senatorio. Primùmquè, aiunt *Alexander*, & *Tiraquel.* inventum fuiſſe vel à T. Hoſtilium 1. rege, vèl a Baliaribus, quod ex *Livio* probant. Rem autèm magis ſignificare videtur *Budæus in L. fin. dig. de Senatorib.* ubi ait, quòd latus clavus erat tunica purpurea prætexta latior, & longior tunica vulgari, ac diſtincta, cui toga ſuperinduebatur, & tunicæ; qua veſte primùm Hoſtilium è Regibus Romanis uſum eſſe. 311
Caſſanæus tamén *in catalog. gloriæ mundi* 1. *p. conſid.* 38. *concluſ.* 7. *verſ. latus clavus* affirmat, quòd latus clavus correſpondet apud Gallos mantello rubeo, & longo, quo apud Parlamenta utuntur.

Veſtes clavatæ: lati, & anguſti clavi.

Dicebantur veſtes clavatæ, ſivè lati, ſivè anguſti clavi fuerint; erant quippè ſicut lati claviæ, etiàm anguſti claviæ: teſtequé *Sario de Senatu Romano c.* 17. *ex Feſto,* veſtes clavatæ, ſeu veſtimenta clavis erant tanquàm floribus intertexta, & diſtincta: indè *Martialis*:

Et lato variata mapalia clavo.

Sicut, & de lato clavo accipiendùm *Martialem lib.* 6. *epigram.* 11.

Vis tu purpureum Marce togatus amem

ait *Julius Cæſar Bulenger. de Imperator. Roman. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 99.

Undè dignitas Senatoria latus clavus dice- 312
batur, & laticlavium pro dignitate Senatoria accipiebatur, *Caſſanæus in catalog. gloriæ mundi* 1. *p.*

conſiderat.

conſiderat. 38. *concl.* 7. *verſ. latus clavus*: *Retes*, & alii jam relati; ſimiliter apud nos veſtis Senatoria pro ipſa ſumitur dignitate, ut refert doctiſſimus *Bloteavius in vocabular. tom.* 2. *verbo Beca.* Illa autèm veſtis meritò pro dignitate accepta; tantæ enim dignitatis erat, ut, ea abiecta, equitis aſſumpto habitu Cicero in exilium mitteretur; ait etenim *Sarius de Senatu Roman. c.* 17. Ciceronem ipſum cum de ejus exilio legem ferret Clodius, Senatoria veſte abiecta (hoc eſt tunica lati clavi) equitis habitum aſſumpſiſſe.

Laticlaviũ pro dignitate Senatoria acceptum.

313 Tiberiuſquè, referente *Suetonio c.* 35. Senatori latum clavum ademit, cùm cognoviſſet ſub Kalendis Julii demigraſſe in hortos, quò viliùs poſt diem ædes in urbe conduceret. Tantæ gravitatis res erat.

Laticlavii dignitas magnam expoſcit gravitatem.

Tollenda tamèn veſtis niſi ex juſtiſſima, villiſſimaque cauſa non erat; imò ea utuntur etiam ii, quos Princeps à tribunalibus juſtis ex cauſis (juſta ſemota cauſa nõ poteſt ſine reatu, prout reſponſum ſuo tempore tradit *Moles*, 314 quem cùm multis refert *De luca ad Capic. latr. conſ.* 47. *n.* 33. *Harppreſt. in* §. 2. *n.* 42. & *ſeq. inſtit. de injur.*) rejicit, ac removet, juxta illud Suetonii in Auguſtum 35. *Servavitquè etiam excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in Orcheſtra, epulandiquè publicè jus*: quæ quidem amotio, ut diximus, non temerè facienda *Calderonus reſol.* 41. *n.* 7. *Giurb. de feud. cap.* 118. §. 2. *gloſ.* 13. *ſub n.* 89. ab callidam calumniantium, & litigantium malitiam, quibus

Senatores quãdo moveri, & quando reſtitui oporteat.

etiam

etiam optimi ſubjacent magiſtratus, & Senatores; latè plura congerit *Larrea allegat*. 101. magis tamen decet, indignos, ſi qui forte fuerint, ad ſe excuſandos compellere; ſicut de Auguſto refert *Sueton. d. c.* 35. aiens: *quoſdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit.*

Si tamèn veritate trutinatâ minus juſtè Senatores motos eſſe appareat, eos tenetur Princeps ad priſtinam dignitatem reſtituere juxta ea, quæ ſimiliter à Carolo 11. Hiſpaniæ Rege obſervata teſtatur *Cirinus in nex. rer. eccleſ. juriſd. c.* 5. *n.* 248. & ſuo in caſu ſimiliter obtentum tradit nuperus *Calderon. dict. reſol.* 41. *tom.* 1. ſicut & olim à noſtro Senatu motus eruditus Petrus Barboſa de Luna, reſtitutus ad regia munera fuit diplomate exarato die 21. Februarii anno 1608. tranſcriptoquè apud *dom. ſupplic. lib.* 7. *extravagant. pagina* 236. Reſtitutus tamẽ per viam novæ proviſionis non recuperat primum locum cum præcedentia, & præjudicio admiſſorum; quòd ſecùs erit, ſi reſtitutio fiat de juſtitia, cum aliis *Portugal lib.* 3. *c.* 42. *n.* 29. Verius tamen puto reſtitutũ minime recuperare poſſe locum ab alio præventum, cum multis *Bottiler. de ſucceſ. theorem* 74. *n.* 5. & *theor.* 110. *n.* 25. *Galeot. tom.* 2. *contr.* 45. *n.* 27. *Altimar ad Rovit. dec.* 37. *n.* 21. *Taſſon de antefat. verſ.* 3. *obſerv. ſub n.* 270. *De luca ſuprà n.* 38. quod ſecus eſt in ſuſpenſione ad tempus *ex L.* 2. *dig. de decurion. Portugal ſuprá, Jacobus Gothofred. de jur. præcedent.* 1. *p. c.* 6. *th.* 44. vide *Vicent. Petra*

tom. 1.

*tom.*1. *ad conſtit.* 1. *Leonis* 9 *ſect.* 4. *ex pagin.* 255. qui plura. Obiter tamen notandum hic eſt, caſum cæcitatis, & amiſſionis oculorum cauſam juſtam non eſſe, ut quis à Senatorio ordine, & à tribunalibus amoveatur, imò & cæci conſilia plerunque maiori nituntur fundaméto; quod latiſſimè probat doctus *Fagnan. in cap. cæterum* 3. *de reſcriptis á n.* 39. omninò ad rem videndus: quanvis enim ex infortunio cæcus effectus quaſi cauſam propriam latè expenderit, ut ſimiliter de eodem viro ait *de Luca de teſtament. diſcurſ.* 33. *n.* 13. à veritate non deviat, & prædicta juribus expreſſis comprobat.

315 Ad filios Senatorum lati clavi dignitas inſimùl cum toga virili porrecta erat *Aldus Manutius de tunica Romanorum*; *Suetonius in Auguſt. cap.* 38. etiàm ait hoc idem, dùm ita: *Liberis Senatorum, quo celerius reipublicæ aſſueſcerent, protinùs virili toga latumclavum induère, & curiæ intereſſe permiſit. Retes lib. ſingular. de donat. inter c.* 5. *n.* 15. circa finem. Alludit *Ovidius* 4. *de triſtib. eleg.* 10. *Senatorum filii latoclavo utebantur.*

Intereá tanto paſſu labentibus annis,
Liberior fratri ſumpta mihique toga eſt:
Induiturquè humeris cum lato purpura clavo:
Et ſtudium nobis, quod fuit ante, fuit.
Cepimus, & teneræ primos ætatis honores:
Dequè viris quondam pars tribus una fui.
Curia reſtabat: clavi menſura coacta eſt:
Maius erat noſtris viribus illud onus.

316 A' Numa etiàm inſtitutum ferunt, ut Senato-

Numa primus ſtatuit ut liberi Senatorum, unaque cum patribus nigris calceis uterentur.

res, eorumque poſteri nigris calceis lunas annecterent, velut ampliſſimum nobilitatis teſtimonium *Alexander dier. genial. lib.* 5. *cap.* 18. *pag.* 708. & hi fortaſſe eſſent calcei, quibus Senatores utebantur ad aliorum differētiam, quos Senatores habuiſſe ex *Cicerone* indubitabile dixit *Sarius de Senatu Romano c.* 17. ubi tamén fatetur ſe neſcire quales fuiſſent. In lunatos calceos, Senatorum utiqué inſigne, conſentit *P. Almeyda ad Suetou. in Auguſt. c.* 35. *n.* 21.

Lato igitùr clavo cum Senatóres tanquàm 317
proprio inſigni uterentur, non leve ſuboritur dubium, quomòdo *Ruſinus Tribunus* militum láticlavius eſſet *in L. ſi Ruſinus* 4. *Cod. de teſtam. militis*, cujus meminit *Retes de donat. inter cap.* 5. *n.* 15. Augetur & dubium ex illo, quòd vulgo critici adducunt ex *Suetonio in Otho. c.* 10. *Interſuit*, ait, *huic bello Pater meus Suetonius lenis, tertiæ decimæ legionis Tribunus anguſti clavius*: quam ego lectionem potiùs amplector, quam *Auguſti clavius. Baldus*, & *Accurſius* Tribunum illum laticlavium ſic dictum putant à clava ferrea, quam Tribuni medios inter hoſtes projicere ſolebant, ut ad eam, ab hoſtibus eripiendam, eoſque infugam vertendos, milites ſuos accenderent. Sed in hoc tantos viros nugari aſſerit *Gothophredus in dict. L.* 4. ubi rectius ait, Tribunorum alios anguſticlavios, alios laticlavios fuiſſe. Non tamèn ego audeo dicere tantos nugaſſe viros, dùm *in dict. L.* 4. & *in L. nupèr dig. de donation. inter, tenet*

De lege ſi Ruſinus 4. Cod. de teſtam. milit.

Accurſius

Accurſius anguſti clavium nõ fuiſſe dignitatem militarem, ſed ornamentum quodam equitũ Romanorum, ad diſtinctionem laticlavii Senatoribus conceſſi. Sed inter Tribunos militares diſcrimen fuiſſe inter maiores, & minores, in eo quod maioribus concedebatur Auguſtus clavius, minoribus verò anguſtus, tenent *Roſinus lib. 5. antiquitat. Roman. c.* 33. cum aliis *Salſedo in Theatr. honoris gloſ.* 34. *n.* 45. *in fin.* & videndus *à n.* 43. circa intelligendum locum *Suetonii*, ubi diſputat, àn *Suetonius* ageret de ornatu, vel de dignitate clavicularii, cujus officium ſummum in re militari apud Romanos habitum probat *n.* 47. *&* 48. Utrique ſexui togam communem diximus ex *n.* 75. latus clavus autèm an fæminis aliquandó conceſſus, injurioſum eſſet diſputare; non tamen id ſemper denegatum affirmare audeo. Nàm bipedum, aut hominum nequiſſimus Heliogabalus Senatum adeò contempſit, ut Senatores omnes expulerit ab urbe, illoſquè ſervos togatos eſſe dixerit, ut author eſt *Alexand. ab Alexandr. lib. 4. dier. genial. cap.* 11. & *Lampridius* in Heliogabalo ſcribit, hunc probris omnibus hominem coinquinatum, Senatulum mulierũ in colle Quirinali conſtituiſſe, & in Senatorium ordinem ejus matrem [ſine qua nihil unquam in Republica dicitur feciſſe] adle-
318 giſſe. Labente tamen Imperio uſus togæ apud Senatores tantùm erat, ut ex *Lipſio, Petr. Gregor.*

Latus clavus fæminis non conceſſus.

&

Digitized by Google

Labentis Imperii tempore toga apud Senatores tantumodo relicta.

& aliis ait *Maſtrillo de magiſtrat. lib. 5. c. 2. num.* 42. Verius tamèn & probabilius puto Senatores apud Romanos durante imperio, modò latoclavo, modó cingulo pro ſtemmate dignitatis toga, ſeu tunica purpurea uſos fuiſſe.

Quãdò, & quænam advocatorum forenſis toga.

Toga autèm, ſed neque prætexta, labente 319 jàm imperio propria advocatorum fuit, ut ait *Dempſter ad Roſinum cap.* 32. ibi: *Ut certiſſimum ſit togas præcipue advocatis conceſſas ſub tempora labentis jàm Imperii*: quod & plurimis probat eruditionibus, beneque deducitur ex *novella Valentiani de confirmandis his, qui adminiſtr. L.* 3. *Cod. de advocat. diverſor. judic. L.* 6. *& L.* 11. *eodem L.* 3. *Cod. de Sportulis*; juvat *Divus Ambroſius epiſtol.* 24. dum ait: *movebat hoc utriuſque partis togatos*; nec diſſentit *Ovidius de remed. amor.* 1.

Sunt fora, ſunt lites, ſunt quos tuearis amici,
Vade per urbana ſplendida caſtra toga.

Togata indè dignitas pro advocatione à pleriſque dicta, cùm multis *Briſſonius de verbor. S. verbo Toga forenſis*, & verbo *togati*: iſtaque advocatorũ toga apud omnes *forenſis* dicitur, videndus *Langlæus lib.* 1. *ſemeſtr. c.* 5. Undè aſſentiri non poſ- 320 ſunt doctiſſimo cuidam, qui nuper ſcribens veſtem Senatoriam idem, ac togam forenſem appellat; cúm ſemper, omniquè ævo inter unum, & alterum veſtimentum, valdè magnũ diſcrimen eſſet, tàm apud Romanos, quàm cæteras inde gentes: erat quippé proprium Senatorum inſigne, ut ſæpé diximus, laticlavii orna-

ornamentum, cujus dignitas in ſummo erat.
Indéque donatio ab uxore elargita, ut vir latú
clavum impetraret valida dicebatur *L. nuper* 43.
321 *dig. de donationib. inter virum, ubi Gothofred. Scipio Gen-
tilis de donat. inter c.* 4. *Meril. lib.* 2. *obſerv. c.* 6. *Vaſcon-
cellus lib.* 3. *reſponſor. c.* 17. *Gonçalles Telles in cap. dona-
tio* 8. *n.* 17. *de donat. inter, Retes lib. ſingular. de donat. in-
ter, cap.* 5. *n.* 15. *Connanus lib.* 8. *commentar. jur. civil.
lib.* 8. *c.* 11. *n.* 5. *Oſuald. ad Donel. lib.* 19. *cap.* 4. *liter.
XX. Janus Langla.* 6. *ſemeſtr. c.* 2. *pagin.* 275. cúm ta-
mén donatio intér virum & uxorem legibus
alioquin improbaretur *totus titulus dig. & Cod. de
donation. inter virum, Guerr. de diviſ. lib.* 7. *cap.* 14. *Fa-
ria ad Covas lib.* 1. *variar. c.* 7. *ex n.* 73. *Torre de pact.
futur. ſucceſ. lib.* 3. *c.* 13. *Conciol. ad ſtatut. Eugub. lib.* 2.
rubr. 44. *& ibi Romaguer. Gobius conſult.* 17. *n.* 8. *Rocca
ſelectar. tom.* 2. *cap.* 181. *n.* 36. *Paſſarel. de donationib.
lib.* 1. *q.* 7. *Conſtantin. ad ſtatuta urbis tom.* 2. *annotat.*
43. *n.* 11. *Calderon. reſolut.* 53. *n.* 1. *Franciſc. de Ange-
lis de confeſſ. lib.* 1. *q.* 8. *limit.* 6. *n.* 51. plurimos con-
geſſit *Gonçalles in dict. cap.* 8. *n.* 3. Antequàm veró
hinc abeamus advertendum eſt, donationem
illam, de qua *in d. L. nuper* factam non fuiſſe, ut
largitionum corruptelâ Senatoria aſſequere-
tur dignitas contra legem Juliam de ambitu;
quâ hoc vitium, ut pote turpe punibile erat
L. 1. *digeſt. illo tit. de ambitu, L. fin. Cod. ad leg. Jul. repe-
tund. auth. ut judices ſine quoquo ſuffrag. §. ſic igitur, So-
lorſan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib. c.* 4. *án.* 13. *Maſtril. de
magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 49. benè *Portugal. de donat.*

Donatio inter virum, & uxorē causa laticlavi impetrandi valida erat.

Ambitus in aſſequēdis honoribus interdictus.

regiis

regiis 1. *p. lib.* 2. *cap.* 12. *á n.* 36. uſque ad *n.* 40. *Zoeſius ad tit. dig. ad leg. Jul. ambit.* qui *n.* 3. & 4. intelligit *L.* 2. 6. & 9. *dig. de pollicit.* & *L. unic.* [quam aulicam vocant, & quæ neſcio hodie, proh dolor, in viridi ſit obſervantia] *Cod. de ſuffrag.* Quod & prohibitum olim legibus Petilia, Pinnaria, Calphurnia, Fabia, Tullia, Pompeia, Licinia, Ebutia, Cincia, & ſimilibus tradit ex multis *Harpprecht. in* §. *ſunt præterea* 11. *n.* 4. *inſt. de publicis judiciis.* Nequè utiquè eatenús intelligenda donatio illa, quatenús ex ea erogatum ſit ad ſupplendam dignitatem, quaſi mulier viro largita eſſet ad ſupplendum ejus cenſum; quia tunc cum viri patrimonium haud dubie augeret, locupletiorquè fieret, certè donatio non ſubſiſteret, prout bene ſentit *Connan. lib.* 8. *commentar. cap.* 11. *ſub n.* 5.

Erit igitur neceſſariò accipienda donatio ad ſupplendos ſumptus conſequendo honori neceſſarios; ut ad ſolvendas ſportulas, quæ ſolebant pro cujuſque magiſtratus introitu ſolvi *Connan. ubi proximè, Oſuald. d. lib.* 19. *c.* 4. *liter. XX.* hoc idem ex variis locis comprobans; quippe ſit hic vetuſtus mos omnium pené promotionum: quæ quidem largitiones non continentur ſub prohibitione *titul. de donat. inter virum, L. ſi propriis* 21. *Cod. illo tit. Novell.* 62. §. *ult. Ulpian. lib. ſingular. tit.* 7. *in princ. Retes dict. cap.* 5. *n.* 15. eatenús tamen, quatenús dignitati ſupplendæ opus eſſet, *L. quod adipiſcendæ* 40. *dig. eod. Retes ubi proximè*;

proximè; alioquin enim, quod excederet, in fraudem interdictionis cōceſſum cenſeretur. Inde ſimiles expenſas pro filiorum dignitatibus, & Docturæ titulis aſſequendis in collationem non venire deducunt Doctores, *Guerreyro de diviſion. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 157. cum multis *Carvalho in cap. Raynald. de teſtament.* 4. *p. c.* 1. *num.* 106. *Heſſer de communion. & diviſ. bonor. p.* 2. *loc.* 24. *n.* 59. *Oſuald. d. c.* 4. *liter. XX.* qui etiam meminit de cōviviis, ac expenſis pro introitu collegii factis; puta ut, cum in noſtræ Acamediæ inclito Pontificio, vel Regali collegio toga ſumitur: toga namque etiam dicitur, & magni honoris inſigne ſtolla illa, quæ ſuper tunicam, ſive ſuper abollam imponitur, *Cabed. de patron. reg. coron. cap.* 48. ubi & de ritu eam aſſumendi.

Expēſæ pro doctoratu filii non conferuntur.

Inſignia collegii Pontificii, & Regalis toga etiam nuncupantur.

Firmans autem *Doctor Retes d. c.* 5. *n.* 16. donationem pro latoclavo aſſequendo valide viro elargiri, dubitat meritò cur reſcripto opus eſſet; reſcripta nanquè juri conſona, neceſſaria non ſunt ex illa vulgari regula, *Fruſtrá precibus impetratur, quod jure communi conceditur, L. qua* 8. §. *ult. dig. de condit. inſt. L. unic. Cod. de theſaur. lib.* 10. *cap. in his* 30. *de privilegiis*: unde paſſim in Pandectis reperiuntur contra jus impetrata, ut in *L. Imperator* 8. *dig. de poſtuland.* juncta *L. ad tempus* 5. *dig. de decur. L.* 4. *dig. de jur. patron. L.* 3. *dig. de interdict. & relegat. L. reſcriptum* 10. *dig. de pact.* juncta *L. ſi praecedente* 58. §. *Lucius dig. mandat. L.* 2. *dig. de bon. cor.* juncta *L. ejus* 29 *dig. de jur. fiſci, L. conſtitutionibus*

Reſcripta non ſemper contra jus.

33. juncta *L. omne dig. de obligat. & act. L.* 1. §. *ſi coheredi, L.* 3. § *quanvis dig. ad L. falcid. L. moris* 9. §. *fin. digeſt. de pæn. L. qui pæna* 8. *dig. de manumiſ.* notavit *Arias de Meſa lib.* 1. *var. c.* 39. *n.* 33. alia adducens. Ab hac difficultate ſe liberat *Retes* dicens per plura in initio ſummis difficultatibus vexata, quæ poſtmodum citra dubitationem accepta ſunt. Ego autem addo, quòd multoties in ipſo initio Imperatores cum ipſis Jureconſultis reſcripſerunt ſecundùm jus, *L. ſi debitor* 7: *L. ait prætor* 10. §. 1. *dig. quæ in fraudem credit. L. Plautius* 49. *dig. ad L. falcid. L. reſcriptum* 10. *dig. de diſtract. pignor.* Plura *Bertrandus de Juriſperitis, in vita Papiniani, & Ulpiani. Petr. Greg. lib.* 6. *ſyntagm. cap.* 8. *n.* 5. *Guter. de offic. dom. Aug. lib.* 1. *c.* 17. *Cujac. ad titul. Cod. de comitib. conſiſtorial. Gothofred. in L. fin. Cod. de offic. diverſ.* Imó & jureconſultos, qui ſecundùm jus edebant, reſcripſiſſe dicitur, *L.* 3. §. 1. *dig. de bonor. poſſeſ. L.* 29. *dig. de ſtatulıber. L. quod & Herennio dig. de furt. L. Ariſto dig de manum. teſtam. & L.* 46. *eod. L. ex contractu* 44. *dig. de re judicat.*

Latus clavus non ſemper induēdus.

Sed non ſempér lato clavo utendi neceſſitas 322
impoſita erat Senatoribus; legimus nanquè Theodoſii tempore Senatoribus interdici intra urbem veſte militari uti: nàm aliqui jàm tūc togam cū latoclavo moleſtam in uſu quotidiano dicentes, militari potiùs utebantur veſtitu; cujus tamén diú, noctuque prohibitus uſus *in L.* 1. *Cod. Theodoſiano de habitu, quo uti oporteat intra urbem, ubi Gothofred.* Sed intra urbem colobo-

colōborum veſtimenta permiſſa eis erant: in Senatu autém quód togati intereſſent, mandatum à Theodoſio. Undé *Gothofred.* ait voluiſſe Imperatorem, quod, colobiis depoſitis, Senatores togati in Senatu eſſent: quod comprobatur ex *Sidonii Apolinarii* loco *lib. 1. epiſtol. 5. Jám toga Senator honōratur, jam penulam deponit in glorius.* Quod idem inſinuat *Acron. lib. 1. epiſtol. 7.* dum ait: *Senatus togatus.* Colobium tamén quod deponebatur, latuſclavus non erat, ut falſó aliqui ſibi perſuaſi ſunt, quos bené refutat *Gothofred. in dict. L. unic.* nám latus clavus non tam veſtis genus erat, quám veſtimenti portio, & velut inſtincta, argumento *text. in L. & ſi non ſint clavi* 21. *aliás L.* 20. §. *idem Pompon. dig. de auro & argent. legat.* Colobium itaque ſimile magis erat Senatoriæ veſti, qua utimur: ait enim *Caſſian. lib. 1. de habitu monach. c. 5. Colobiis lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus. Gothofred. in dict. L. unic. Cod. de habit.* ſic ait: *Colobium genus veſtis dictum, quia longum eſt, & ſine manicis: hoc antiqui utebantur, ſed quia nuditas brachiorum culpabatur, uſus colobiorum in Dalmaticas eſt mutatus.* Alii ex *Iſidoro* putant colobium dictum, quia longum eſt, & ſine manicis. Magis ſimile tamén putarem juxta ea, quæ *Servius* ſcribit: *antiquos colobiis uſos, non manicatis; & talaribus tunicis.*

De Colobiis.

323

Colobiũ ſimile Senatoriæ veſti; ſeu potiùs Senatoria veſtis.

Colobium igitur, ut illud exactius deſcribamus, vocabatur interior Senatoria veſtis, cui latus clavus, ſivè, ut *Dorotheus*, quem ſequitur

Colobiũ deſcribitur.

tur *Ramos ad leg. Jul. lib.* 1. *c.* 18. *ſub n.* 7. deſcribit, plagula quædam purpurea ſuperinjecta; unde & pro lato clavo uſurpat *Helenius Acron. ad Horatium Satyr.* 5. & ſentit *Cujac. lib.* 12. *obſerv. c.* 39. Et quaſi pacis inſigne, quietum veſtimentũ vocatur in *L.* 1. *Cod. Theodoſ. de habitu, quo uti oportet i* quæ quidem veſtis, tunicata eſt illa, de quâ *Martialis lib* 10. *epigr.* 5. & *Sidon. lib.* 2. *epiſtol. ultim.*

Colobiũ ad eccleſiaſticos migravit uſus.

Cæterum hæc Senatoria veſtis, quam primùm Imperatorum fuiſſe aſſerit *Lavor. de priſco, & recent. mod. funer. tit.* 2. *c.* 1. *n.* 108. ſenſim ad Eccleſiaſticos tranſmigravit, ac præcipue ad Epiſcopos, prout probat *Ramos ubi ſuprà*: ſicut etiam Dalmaticæ, quæ veſtis Senatoria, ac regia fuit *Ramos d. c.* 18. *ſub n.* 6. *& ſub n.* 7. *Diaconus in vita Divi Gregorii*, tranſlatæ ſunt ad ſacros eccleſiaſticos uſus, & in colobiorum locum ſubſtitutæ; efformatæ prius in modum Crucis, *Ramos citat. loc.* qui multa tradit de Dalmaticarum origine, & uſu poſt *Damaſ. in Pontifical. lib. Div. Greg. lib.* 7. *epiſtol.* 64. *Alcuinum de Divinis officiis, capit. Quid ſignificent veſtimenta; Raban. Maur. lib.* 7. *de inſtitut. clericor. c.* 20. *Ammalarium de eccleſiaſtic. offic. lib.* 2. *c.* 21. *Div. Iſidor. lib.* 19. *origin. c.* 22. Et de Colobio, & Dalmaticis plura referunt etiã *Octavian. Ferrar. de reveſtiar. lib.* 3. *c.* 8. *& ſequentib. Lavor. de priſco, & recent. funerand. more tit.* 2. *c.* 1. *á n.* 108. *Gothofred. ind. L.* 1. *Spontan. de cameter. ſacris lib.* 1. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 4. *Andreas Sauſaius in Panoplia Epiſcop. lib.* 6. *c.* 2. *& ſeq. Bulenger. lib.* 1. *de veſtib. Pontific. c.* 22. *Vicecomes de Miſſa*

Dalmatica veſtis fuit Regia, & Senatoria.

Remiſſive de colobiis, & de dalmaticis.

apparatu

apparatu lib. 3. c. 24. & ſequentib. Stephanus Durantius de ritibus Eccleſ. lib. 2. cap. 26. n. 28. Cerda in adverſar. ſacris c. 22. n. 1. Unde mirum eſt, quòd ſcientiſſimi alioquin viri *Briſſonius de verbor. ſignific. verbo Coloba,* & *Pithæus lib. 1. adverſ. c. 16.* ſe de colobiis parùm ſcire fateantur.

324 Utroque tandem Imperio extincto, diverſimode habitus Senatorum ordinatus reperitur apud ſingulas gentes; apud omnes tamen ſemper is fuit (ait *Theſaurus in præfat. deciſ.*) de quo *Ovid. ad Piſonem*:

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum
Nec fluidum, lætas ſe tetricitate decorum
Poſſumus, ingenita ſtat nobilitatis in illo,
Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.

Quid autem obſervatum fuerit videamus. Latuſclavus, ut diximus, perſeveravit uſque ad Imperatorem Alexandrum: poſteà veró præ-
325 ſertim Juſtiniani temporibus ceſſavit laticlavi uſus, ejuſque loco Senatores, Præſides, & Præfecti prætorio pro ſtemmate ſuæ dignitatis cingulo uſi ſunt. Erantque maiora, & minora cingula, prout maiores, & minores erant dignitates, cum multis *Caſtro allegat. 7. n. 87.* & deducitur ex *authentica de judicibus* §. *vetus verſ. quia;* ibi: *Dignitate provectos maiores judices experimento cauſarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, magnis Cingulis, aut multitudine eorum excitatos.* Tem-
326 porum, & locorum varietate penitùs fermé mutatum hoc eſt: nàm in Gallia ut teſtantur *Theſaur.*

Cingulo prolato clavo quando Senatores uti incæperint.

Diverſimodæ veſtes Senatorũ apud pleraſque gentes referũtur.

Theſaur. & *Caſſanaus* jam ſupra adducti, Sacerdo-
talis fere eſt habitus. In tota Italia togâ longâ
utitur; ſed plus addictum, ut ſagum in laticla-
vi fere modum ad genua uſque productum
geratur; & toga làtis manicis ſuprà induta, faſ-
ciam de collo togæ, [ſimilitér luſitani] ex ſe-
rico ſuper imponant, hinc indè ad imum uſ-
que togæ pendentem: quod exiſtimat *Theſaur.*
ab eo inductum fuiſſe, quòd priús utebantur
Sacerdotali indumento cum ea faſcia ſtolæ,
quæ ſacris miniſtrandis inſervit, ſimilitudinẽ
præ ſe ferens, ut eo ſigno ſacri quid huic ordini
ineſſe demonſtretur; vel etiam eo hyerogli-
phico notari cingulum, quo tempore Juſtinia-
ni utebantur Senatores: quod quidem pro dig-
nitatis titulo interpretantur omnes *in novell. ut* 327
omnes obediant judic. provinc. §. *arripiat, L. ultim. Cod.*
de præpoſ. ſacr. cubicul. lib. 12. *novel. ut liceat matri* §. *quia*
verò & L. 2. *Cod. ut dignat. ord. ſervetur lib.* 12. Apud
Pedamontanos toga purpurea uti Senatores
in publicis cerimoniis, & primodie poſt ferias
refert idem *Theſaur.*

De ſiculis tradit *Maſtrillo de magiſtrat. lib.* 5. *c.* 2. 328
ex n. 17. ubi etiam de Hiſpanorũ toga & ipſius
colore, & præcepto induendæ à Senatoribus;
qui *n.* 25. veſtem honeſtam, & gravitatis plenã
vocat: & quod in locum laticlavi ſuccederet,
ornamentumque proprium dignitatis dicen-
dum: illudque deferenti maximum tribuen-
dum honorem ex multis tradit *Solorzan. de jur.*

Indiar.

Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 4. n. 22. & ſequenti, remiſſivè *Larrea allegat. 1. n. 31. Ramires de leg. reg. §. 7. n.* 8. ibi: *ex qua ratione in noſtro regno in Curiis Tiraſonæ celebratis, ſtatutum fuit, quod judices, & conſiliarii Regis infula induantur, quæ proprie ornamentum honoris dicitur, & eſt magna adiectio honoris deferenti.* Hiſpanos & jam olim togatos, & ſtolatos, maximè Bæticam incolentes dixerat *Laſarus Bayſius de re veſ-*
329 *tiaria cap.* 10. Eadêmquè togæ forma & figurâ, quâ Hiſpani, utimur ex juſſu Phillipi 2. dùm hoc regnum occupaverat: omnia enim ferme quæ Hiſpaniæ Reges decrevere, nè publica quies perturbaretur, obſervari juſſit invictus, luſitanæ gloriæ redemptor, magnanimus Rex noſter Joannes Quartus, prout legitur in proœmio Ordination. & hoc quidem non cō-
330 tra jus, cúm geſta per Tyrannum ſubſtineantur propter publicam utilitatem, cum pluribus probat *Raphael. de Villoſa de fugitivis c. 17. ex n.* 86. *Caſtill. lib. 5. c. 102. n. 10. Bartol. in L. 15. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* diſpoſitum, decretumquè erat per *L. 3. & L. 9. Cod. Theodoſian de infirmand. his, quæ ſub tyrannide aut barbarie geſta ſunt.* Adducenda huc veniunt verba Senatoris *Antonii de Villasboas in nobiliarch. luſit. c.* 14. ibi: *Leges etiam tyrannidis tempore latæ quandoquè obſervandæ.*

331. *O Tribunal da Caza da Supplicação inſtituhio ElRey D. Joaõ o primeyro, dandolhe por primeyro Regedor a D. Fernando da Guerra Arcebiſpo de Braga, biſneto de ElRey D. Pedro, & da Rainha D. Ignes de Caſtro: hoje o he Manoel Telles da Silva* (quem verè juſtitiæ Præfectū fuiſſe *De tempore & origine noſtri ſupremi Senatus.*

fuiſſe teſtatur *Pereyr. de reviſ. cap.* 100. *n.* 23. *verſ. Nullas*) *Conde de Villar Mayor, e gentil homem da Camera do Principe noſſo Senhor. O meſmo Rey formou em Lisboa a Caza do civel dandolhe por Governador a Pedro Lobato: a qual El Rey D. Phellippe ſegundo paſſou depois á Cidade do Porto, que achou ſer mais conveniente á petição das Cortes de Thomar anno de* 1583. *& ordenou que os Dezembargadores trouxeſſem as Becas de que hoje uſaõ.* Quod quidem præceptum latum fuit die 9. Aprilis anno 1600. cum tamen non omnibus placeret, iterum regio decreto exarato die 26. Junii ejuſdem anni juſſum fuit, quòd Senatores prædicto incederent modo: quæ diplomata tranſcripta extant *in dom. ſupplicat. lib.* 5. *extravag. pagin.* 5. *&* 6. *Becas* forſitàn per corruptionem putarem dictas ex *Brachis*, quæ veſtis erat apud Gallos uſitata juxta *Bayſium de re veſtiar. cap.* 20. ſcitumquè illud *Tranquilli in Cæſare c.* 8. *Galli Brachas depoſuerunt, latumclavum ſumpſerunt.*

De toga candida, & de ritu circa illius uſum.

Pro ſequamur jàm togæ diviſionem, quam 332
numero 261. propoſuimus: & quid candida toga fuiſſet, ſequitur dicere. Candida dicebatur illa, quâ induebantur ii, qui honores petere volebant *Roſinus antiquitatum Roman. lib.* 5. *c.* 32. *Macrobius lib.* 1. *Saturn.* Mos fuit petitoribus, ut ſumpta candida toga numinis in comitium venirent, & in colle conſiderent, undè coram populo poſſent ab univerſis videri; indè candidati dicti. Refert *Livius lib.* 4. tollendæ ambitionis cauſa Tribunos legem promulgaſſe, nè

nè cui album veſtimentum addere petitionis cauſa liceret,quanvis in hoc alitèr ſentiret *Bayfius*. Incandida toga bis repulſa notatum à populo ait *Plinius lib. 7. de Naſic.* quemquam fuiſſe.

333 Pura toga hominum fuit privatorum, & illa, quam virilem, & liberam diximus: albi tamèn coloris erat nulla admixta purpura, nullo epitheto addito; quod multis locis ac eruditionibus probat *Aldus Manutius*; à quo *Roſinus* mutuatus eſt; *Bayſius de re veſtiaria c.* 10. & jam ex *Senecâ* diximus. *Toga Pura.*

334 Toga pulla, ſeu lugubris atri coloris fuit, quam induebant luctûs cauſa. De qua jam diximus, & loquitur *Cicero*, dum ait: *Quis in funere familiari cœnavit atratus cū ipſe epuli dominus Q. Arrius albatus eſſet.* Undè & Senatores in luctu publico, & calamitate latum clavum deponebant *Octavius Ferrarius lib.* 1. *c.* 27. ſed in funere Principum penulati erant *ex Lampridio idem Octavius p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. Alia hùc adducit eruditus *Lavorius de priſco, & recenti funer. mod. tit.* 2. *cap.* 3. *à n.* 138. qui *n.* 147. meminit de toga lacinia in caput filiarum rejecta, & de veſte pulla prætextâ, ideſt nigra, quam, cum lugerent, ſumenbant. Pullatas etiàm ait *Roſinus* fuiſſe plebeias togas,quod jam latè retulimus hoc eodem diſcurſu. Unde Auguſti præceptū, ne quis pullatorum media cavea ſederet, quem locum exponit *Retes lib.* 1. *miſcellan. c.* 23. *n.* 26. Sed,& quòd mortuorum eſſet indicat *L. Apul. lib.* 1. *florid.* dum *Toga Pulla.*

 ait:

ait: *nám illic quoquè videret hominem depugnari, togamque parari voto, & funeri.* Adeſt & auctoritas *Jure-*

L. 19. digeſt. de in rem verſ. latè exponitur.

conſulti Pauli in L. 19. *dig. de in rem verſo* ibi: *Filius fa-* 335
milias togam emit, mortuo deindè eo, pater ignorans, &
putans ſuam eſſe, dedicavit eam in funus ejus. Dedica-
re autèm in funus nihil aliud eſt, quàm cada-
ver ea obvolvere, *Lucianus in lib. de luctu.* Inde
Juvenalis:

Nemo togam ſumit, niſi mortuus.

Defunctis enim honorem Romani magnope-
rè præſtabant, *Lavor.* infrà citandus: frequens
&, vulgareque Romanorum cadaverum in-
dumentum fuit Toga, ex aliis *Ramos ad ll. Jul.*
lib. 1. *c.* 18. *n.* 4. ſed ſemper alba, vel candida. Ma-
giſtratus autem ſuis veſtibus mortui induebá-
tur: Cenſores verò purpurea tegebantur: de
qua re videndus *Julius Lavor. elucubrat. tit.* 2. *de*
priſco, & recenti funerandi more c. 1. *n.* 74. & 75. To-
gam tamen veluti tragicam veſtem in foro tra-
here inſaniæ argumentum erat, ex *Lactant. Ru-*
beus de validit. legal. c. 7. *n.* 124. inde teſtamentum
ab illo conditum judicatum nullum tradit.

Quia tamén incidimus in *L. filius familias* 19.
dig. de in rem verſo, in qua ſubtilis admodùm de
toga diſceptatio eſt inter Neratium, & Paulú;
& in ea antiquiores interpretes, ut ait *Chavarri*
in Didaſc. 2. *p. cap.* 14. *n.* 1. miſerè fluctuánt, mul-
taqué molitus *Cujacius in operib. poſthum.* locum
iſtum ſi derelinquerem, magnæ rei culpam in
me ipſum conferrem. Caſus hujus legis talis
eſt.

eſt. Peculiatus filius togam habita fide, vel nummis mutuo acceptis emit: filio mortuo, pater togam emptam ſuam eſſe putans in filii funus dicavit; de actione, qua pater togæ nomine teneatur, quæſitus Neratius, actionem de peculio cōpetere negat; quia mortuo filio, non aliter competere poteſt, quàm ſi res extet, aut dolo parentis conſumpta ſit, *L. ſi ſemel* 26. *dig. de pecul. L.* 1. *dig. quando act. de pecul. annalis ſit.* Res autem in funus dicata nec extat, §. *nullius cum ſeq. inſt. de rer. diviſ.* nec dolo conſumpta eſt, cum pater ſuam eſſe putans, impendiſſe eam proponatur. Supereſt ergo juxta Neratium actio de in rem verſo, qua pater tenetur ad filii præmortui funus, *L. in patrem* 21. *L. ſi filius* 31. §. 1. *dig. de religioſ. & ſumpt. funer.* quæ omnia aliis adductis locis comprobat *Chavarri ubi ſuprá*, cui addo alios referentes *Lavorium de priſco, & recenti funerandi more tit.* 2. *c.* 16. *n.* 29. *Moſtaſo de cauſ. piis lib.* 6. *c.* 5. *n.* 34. noviſſimé *Marchionem Calcagninis obſerv. pratico legal.* 2. *p. obſerv.* 9. *n.* 73. Sed Neratio contrarius Paulus *verſ. Atquin. ſi filio* tàm de in rem verſo, quàm de peculio actionem concedit: & actionem de in rem verſo, non eo tēpore, quo filius funerabatur, ut Neratius aiebat; ſed eo inſpecto, quo toga eſt empta: cùm enim parentis officium, dictante natura, ſit filium alere; alimentorum nomine veſtes continentur, *L. legatis dig. de aliment. & cibar. legat. Valent. illuſtr. lib.* 3. *tr.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *Retes de donat. inter c.* 5. *num.* 4.

Proſequitur leg. 19. dig. de in rem verſ. expoſitio.

Pater tenetur in funus filii impendere.

Appellatione alimentorum veniunt veſtes.

num. 4. *Chavarri ſuprà n.* 2. *Boſſius de alimentor. obligat. cap.* 2. *à n.* 51. & *n.* 58. & diximus jam cum aliis *n.* 15. togâ autẽ indutus incedebat filius familias, ut pote civis Romanus, juxta ſcripta *num.* 131. ac proinde in rem patris verſum videri id omne, quod in veſtes filiorum impenditur, argumento *L.* 3. §. *proinde juncta L. filiam familias* 21. *dig. de in rem verſ.* probat idem *Chavarri*; quibus conſequens, ait ipſe, eſt quod Paulus ſubjicit, competere etiam de peculio actionem, quaſi in filii peculium hoc nomen, hoc eſt pecunia venditori, vel mutanti debita, computetur; & frequentius actioni de peculio, actio, ſeu potiùs adjectio de in rem verſo inſit, cùm una tantùm actio ſit, duas habens condemnationes §. *Præterea* 4. *inſt. quod cum eo*, ſeu duæ ſint adjectiones, ut concludit *Chavarri*, & tenet *Ægid. in L. ex hoc jure* 2. *p. cap.* 2. *n.* 107. *verſ. Actio.* Inde in noſtra *L.* 19. actio de in rem verſo, actio eſt ex vendito, vel ex mutuo *Colleg. argentorat. ad tit. dig. de in rem verſ. n.* 8. An autem actio de in rem verſo neceſſariò inſit actioni de peculio, vide diſcrepantes *DD. Cujac. in L.* 3. *Cod. quod cum eo, Bachov. ad Treutler. volum.* 1. *diſp.* 24. *theſ.* 12. & *de actionib. diſp.* 8. *theſ.* 7. *Duaren. ad tit. de in rem verſo Peres ad tit. Codic. Quod cum eo n.* 5. *Harppreɛtr. ind.* §. *præterea inſt. quod cùm eo n.* 14. *ibidem Vinnius n.* 1. Et utrùm actio de peculio ſit adjectio, ſeu perſonalis, an realis actio, ſtricti juris; & alia de materia vide apud *Chavarri* 1. *p. c:* 14. & *Larreatigui*

De actionibus, ſeu adjectionibus de in rem verſo, & de peculio aliqua notantur.

toto

toto lib. 1. *ſelectar.* & ſcribentes *ad* §. *actiones* 10. *inſt. de action.* & ad *tit. digeſt. & Codic. quod cum eo*, inter quos videndus Conimbricenſis præceptor *Joſephus Mendes Salas in ſuis aureis ſcholiis ad leg.* 1. *illius tit. Cod. quod cum eo.*

In eodem fermé ſenſu eſt doctiſſimus *Ramos ad leg. Julias, & Pap. lib.* 1. *cap.* 18. *ex n.* 4. laté agens de dicta *leg. filius fam.* 19. qui *n.* 5. omiſſis *Cujac. in ead. leg.* & *Accurſio*; tenet verba illá *funus enim filii* pro cauſalibus non accipi, ſed vel abundare, & ornamento tantùm ſervire: addit nec non, quaſi dictis conſequens, *in d. L.* 19. neceſſariam eſſe adjectionem de in rem verſo, ſi eo tempore agatur, quo jam poſt mortem filii annus exceſſit, cum perempta tunc ſit actio de peculio, quæ peculio extincto annalis eſt, *L.* 1. *dig. quand. de pecul. actio ann. L.* 7. *Cod. quód cum eo.* Et contra *Gutherium* 1. *de jure manium cap.* 17. puerile putat dicere, quód *in d. L.* 19. funeraria actio cum patre eſſet; cùm funeraria extraordinaria, & ſubſidiaria actio ſit, quæ, ubicumqué alia actio eſt non datur, *L. & ſi quis* 14. §. *labeo* 13. *dig. de religioſ. & ſumpt.*

Sed quia eis, quæ latè jam ſcripſimus circa inepta onera cum veſtibus ſepeliendi, ſub junximus *ſub num.* 40. promiſſionem de tractanda ampliús hac re; ſurgit non omittenda difficultas, cur ſcilicet *in d. L.* 19. tradatur, patrem ſine dolo, & ſine culpa filium cum toga ſepelire, cúm hoc prohibitum fuiſſe *in L.* 14. §. *impenſa, verſ.*

verſ. non autem, dig. de religioſ. ibi, *Non autem oportet ornamenta cum corporibus condi*, latè probavimus: & exornant circa hâc met difficultatem *Chavarri in Didaſc. 2. p. cap. 4. n. 3.* & cum aliis *Ramos ad leg. Jul. & Pap. lib. 1. cap. 18. ſub n. 3. & cap. 19. n. 2.* (ubi etiam exponit ſæpe adductam *L. ultim. §. ultim. dig. de aur. & arg. leg.* dicens ideo ibidem ad legatariam pertinere ornamenta funeri deſtinata, quia in ultimis voluntatibus per diſpoſitionē ſpecialem inutilem non cenſetur legato generali detrahi, *L. cùm ita 9. §. ultim. verſ. puto, dig. de optione leg.*) plurima jam per nos adducta refert *Gonçalles Telles in cap. ſicut judai 9. ſub n. 3. de Judais.* Quam difficultatē ſolùm ex ſcriptoribus ſenſiſſe *Cujacium* ait *Chavarri ubi ſuprà n. 4.* qui & numeris ſequentibus multipliciter eam tentavit *An veſtes in ſepulchrum impendi poſſint, iterùm, & latè diſceptatur.* ſolvere: ait enim, illa verba: dedicavit eam in funus ejus, ſignificare, patrem togam vel filii Manibus, vel alicui Deo devoviſſe; quod permiſſum, & laudatum erat juxta celebrem *text. in L. Titia 38. §. ſeja 2. dig. de aur. & arg. leg.* quem doctè exornat *Ramos ad leg. Jul. & Pap. lib. 1. cap. 13. n. 1.* quod & *Chavarri* comprobare vult per *d. L. 14. §. impenſa*, ſic accipiens verba illa: *vel veſtem collocandam*; prout etiam interpretatur *veſtiaria*, de quibus Conſultus *in L. funeris ſumptus 37. dig. de religioſ.* quæ quidem ſolutio mihi nullo modo placere poteſt, cùm omnium ſenſu dedicare togam in funus filii, ſignificet cadaver toga obvolvere, prout ex *Lucian.* diximus.

Sed

Sed ipſe *Chavarri* animi non ſecuri ad aliam tranſmigrat ſolutionem, intelligens *d. L.* 19. *de in rem verſ.* de filio familias magiſtratum gerente; eo quod magiſtratus toga cremabantur, cæteri autem cives veſte vulgata *Valer. Maxim. lib.* 5. *cap.* 1. & alii quos refert *n.* 6. Aſt cùm verum ſit Cives omnes cum toga ſepeliri *Cujac. in d. L.* 19. non video cur potius de toga prætexta, quâ magiſtratus efferri ſolebant, ut probat *Ramos ad L. Jul. lib.* 1. *cap.* 19. *ſub n.* 4. intelligenda veniat *d. L.* 19. neque rationem quæ ad hanc divinationem nos cogat invenio; quinimò ſuſpicor filium familias de quo *d. L.* 19. magiſtratum nō fuiſſe, eo quòd peculiatus erat, cùm prohibitum eſſet magiſtratibus negotium, & mercaturam, fænus, ac contractus exercere ex congeſtis *à Portugal de donat. reg. lib.* 3. *cap.* 32. *n.* 3. & *ſequentib.* Tertiò tandem confugit *Chavarri* ad aliam ſolutionem, concludens in ſignum dignitatis *d. L.* 19. accipiendam de veſte permiſſa, qua, ut toga inſignum magiſtratus, mortui tumulabantur; & ſi diverſum fuiſſet in veſtibus ſupervacuis: quæ quidem ſolutio, quo ad partem incidit in ſecundam ſolutionem; & quo ad cætera cōvenit cum ſolutione *Cujacii*, quam ipſe improbaverat *Chavarri*.

Cives toga ſepeliebātur, magiſtratus prætexta.

Ego verò ipſum *Cujacium* inſequens, conſtanter teneo prohibitionem *d. §. impenſa* verſari tantumodo circa ſupervacuas veſtes; quanvis enim Job, *nudus egreſſus ſum de ventre matris meæ, & nudus*

De eadē L. 19. dig. de in rem verſo.

nudus revertar illuc, diceret, cum ſe in paupertatem dilabi videret; nuſquam ſtatutũ fuit nuda quod ſepelirentur cadavera, imó indecens eſſet: & noſtris moribus decenter, & lineis pannis ſolent cadavera involvi, vel pænitentiæ indumento, & ſacratæ alicujus familiæ habitu, ut proſequitur *Lavor. de priſco funer. more tit.* 2. *c.* 1. *n.* 82. *&* 112. *& Ramos ad L. Jul. lib.* 1. *c.* 19. *ſub n.* 1. qui ibidem latè diſtinguit inter neceſſarias, ac ſolitas, & ſupervacuas veſtes, agnoſcens neceſſariam eſſe funeribus veſtem; *& cap.* 18. *n.* 4. recte probat, togam fuiſſe frequens cadaverũ indumentum; *& cap.* 18. *n.* 2. ait, tàm in comperto eſſe indumenta cadaverum ſic permiſſa, ut teſtibus id non egeat: exhibet tamen *Macrob. Livium, Apulei Hieronym. Lactant.* & alios. Imó aliquando cum pretioſis veſtibus, & ornamentis aureis ſepeliri oportet cadavera, ſcilicet Regum, Principum, Procerum ex regio ſanguine, Epiſcoporum, & aliorum, de quibus *Lavor: ſuprá á n* 94. & nimis erudite doctiſſimus *Ramos d. cap.* 19. *á n* 4. ubi & defunere virorum militarium. Unde mos apud ordines Militares tumulandi equites armatos, & chlamyde indutos; quod agnoſcit ipſe *Chavarri* 1. *p. cap.* 17. *num.* 6.

Veſtes aliquæ impendendæ in ſepulchris; & aliquãdò pretioſæ.

Ex quibus venit intelligenda *L.* 14. *d. verſ. impenſa*, dùm funeris cauſa impenſum dicit, quod impenditur in veſté collocandam, cúm tamen ibidem Ulpianus affirmet, ornamenta cum

L. 14. *§. impenſa dig. de relig. & ſumpt.*

cum corporibus condi non oportere; ſiquidé quidquid dicat *Chavarri d. c.* 14. 2. *p. n.* 5. vel intelligendus eſt Ulpianus de veſte neceſſaria ad cadaver involvendum *Iranzo de proteſtat. ad d. L.* 14. *ſub n.* 106. *pagin.* 14. vel de iis, quæ funebri lecto ſternuntur juxta regionis morem *Ramos ad L. Jul. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. vel tandèm dici poteſt cum ipſo *Iranzo á n.* 107. loqui utique Ulpianú de veſtibus vulgo *lutos*, quæ fieri ſolét ad indumenta familiæ, ac ſervorú. Sed hoc pendet ab illa controverſa quæſtione, an veſtes lugubres inter impẽſas funeris neceſſarias cõtineantur, ad hoc ut vel ex acervo, vel ex hæreditate, vel de tertio deducátur: de qua re cõſulendi *Iranzo vè. ex n.* 108. *Guerr. de diviſ. lib.* 6. *c.* 6. *Addit. ad Olivueir. c.* 1. *á n.* 29. *Garcia de expẽſ. c.* 8. *á n.* 17. *Tellus in L.* 30. *Taur. Surd. dec.* 255. *Hodiern. ad dec.* 112. *n.* 11. *Maſtril. dec.* 10. *n.* 11. *Leo dec.* 150. *Fõtanel. de pactis clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *p.* 5. *á n.* 30. *Mãrique p.* 5. *q.* 48 *Lavor. elucubr. tit.* 2 *c.* 16. bene *Ramos ad ll. Jul. & Pap. lib.* 1. *cap.* 20. *Valaſc. de partit. c.* 19. *ex n.* 46. *Gam. dec.* 308. *Moſtaſſo de cauſ. piis lib.* 6. *c.* 4 *á n.* 7. *Anſald. dec.* 49. *n.* 38. noviſſimè *Calcagninis obſerv. pratico leg.* 2. *p. obſ.* 9. *n.* 29 *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *n.* 9. *& ſequent. & de pignorib. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 17. *ex n.* 25. *Giurb. ad conſuet. c.* 13. *gloſ.* 4. *á n.* 27. *uſque ad n.* 29. *Urceol. conſ* 20 *n.* 24 *Rovit. lib* 1. *conſ.* 97. ubi *Altimar, Gutierr. pratic. lib.* 2. *q.* 72. *Berſan. de ultim. voluntat. cap.* 1. *q.* 44. & *de viduis cap.* 2. *q.* 3. *Heßer de commun. & diviſ. bon.* 1. *p. loc.* 5. *á n.* 144. *Kirchov. in theſ. com opin. verbo veſtes Lugubres.*

Veſtes lugubres an funeris impenſæ dicendæ, remiſſivè.

gubres. Similiter intelligenda *L. funeris* 37. *dig. de religioſ. & ſumpt. funer.* in illis verbis: *& ſiqua veſtiaria ſunt*; quæ verba refert *Ramos d. cap.* 18. *n.* 1. vel ad indumenta cadaverum, vel ad ea, quæ funebri lecto, ſarcophago, aut ſepulchro inſterni ſolebant. Verum tamen eſt, in aliquibus codicibus, pro *veſtiaria*, legi *vectigalia*; quæ in itinere, aut pontibus, pro tranſitu præſtabantur, dùm ex loco in locum corpus peregrè mortui perferebatur: de qua re latè agunt videndi *Moſtaſſo d. cap.* 4. *lib.* 6. *ex n.* 40. & *Ramos d. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 4. *cum ſequentib.* ubi improbat ea, quæ tradidit *Lara de anniverſar. cap.* 25. quæ quidem vectigalia tolluntur *L. ult. Cod. de religioſ. Peres ad illum tit. num.* 13. Eodem intelligenda eſt modo *L. fin. in fin. dig. de religioſ. & ſumpt. funer.* ubi non imputatur hæredi quòd ignorans, & neceſſariò veſtes impenderit, prout illum textũ benè *exponit Ramos d. cap.* 18. *ſub num.* 1. videndus ſemper.

De lege funeris 37. dig. de religioſ.

L. fin. in fin. dig. eod.

Sed maior impræſentiarum ſurgit difficultas ex *L.* 3. §. *adverſus dig. de ſepulchro violat.* ubi Ulpianus ſcribit, intervenire Præſides ſeveriùs debere adverſus eos, qui cadavera ſpoliant, nempe ut veſtes, & ornamenta, quibus ſepeliebantur auferrent: ſi igitur hæres non debet ornamenta in ſepulchrum impendere, impunè hæc ex monumentis, ſicut & alius poterit eruere, *L.* 4. §. *pen. dig. ad L. Juliam Peculat.* & fatetur *Ramos dict. c.* 18. *ſub n.* 3. & pro vero tenent

Agitur de L. 3. §. adverſus dig. de ſepulchr. violat.

Lavor.

Lavor. de priſco, & recenti funerand. modo tit. 2. cap. 7. n. 25. qui paritèr de pecuniis ſentit; *Moſtaſs. de cauſis piis lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 4. Aſt ipſe *Ramos d.* §. *adverſus* intelligit de furtis, rapiniſquè veſtium licite, & juxta morem impenſis, juxta ſuprà dicta; ſecùs putans fore ſi ornamenta pretioſa, ac pecuniæ conditæ eruerentur, quaſi hæc impune erui poſſint, ſi citra cinerum injuriam extrahantur, argumento *d. L.* 4. § *pen.* conſonat *Moſtaſſo* ubi proxime. Ego autem etiam de rapinis circa pretioſa, & pecunias factis intelligo *d.* §. *adverſus*, quia hæc improbè erui conſtat ex locis ab ipſo *Ramos* allatis, ac ex aliis etiam eruditè adductis *á Gonçalles Telles in cap.* 9. *de judais n.* 3. *circa finem*, qui plura adverſus eos, qui pecunias à ſepulchris eruebant adducunt, cum tamen æque prohibitum eſſet pecunias cum defunctis ſepelire lege decem virali, *Prado in teſſera leg. in L.* 4. §. *fin. dig. ad L. Jul. Peculat.* juncta priſca illa lege duodecim tabularam, *de auro mortuis non addendo*, de qua *Cicer.* 2. *de legib. Ramos d. cap.* 18. *ſub n.* 3. *& cap.* 19. *n.* 3. Quam quidem rapinam etiam excomunicationis pænâ puniendam jubet *Clemens* 3. *in d. cap.* 9. *de judæis*; adeo ut neque à ſepulturis infidelium impune poſſit quis pretioſa, & prohibita ſepeliri, eruere: aliud enim eſt non jure pretioſa condere, & aliud condita adverſus jus, vel non permitente jure in ſepulchris condita, impune eruere, & effoſſis cineribus funeſtas divitias inter hominum

Pretioſa condita in ſepulchris etiam infidelium erui non poſſunt.

cadavera perſcrutari; cujus criminis atrocitatem exagitant *Peluſiota lib.* 2. *epiſtol.* 146. *D. Chryſoſt. in* 1. *ad Corinth. homil.* 38. *Myſſenus in epiſtol. Canon. cap.* 7. multa etenim prohibentur exequi, quæ poſt executionem ſubſtinentur, ut latè proſequitur *Salgad. de retent. bullar.* 1. *p. cap.* 10. *à n.* 46. uſque *ad n.* 64.

Unde videri meo nuſquam impunè eruet hæres, nec quiſquam alius pecuniam, & pretioſiora à ſepulchris, & ſi ea omnia male impenderit; quinimo actio dabitur de ſepulchro violato etiam adverſus ipſum hæredem, cùm in ſubſidium actio ſit popularis, *L.* 3. *in princ. dig. de ſepulchr. violat. Colleg. Argentor. ad hunc tit. num.* 6. *Franciſc. Joſeph. de Angelis de delictis* 1. *p. c.* 117. *n.* 2. & adverſus ipſum hæredem ſpoliatorem competat, quanvis indignus exeo non fiat, nec hæreditate ſpoliati privetur *Angelis ubi proximè n.* 10. *Roman. conſ.* 185. *Peregrin. de jur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 3.

Actio de ſepulchro violato popularis aliquando eſt, & contra hæredē datur.

Neque dictis refragatur textus [qui variis difficultatibus ſolet obrui] *in d. L.* 4. §. *non ſit pen. dig. ad L. Jul. pecul.* ubi impunè eruitur à ſepulchro pecunia, quia principalibus mandatis cavetur, nè pecunia ſepeliri poſſit; nàm omiſſo *Ramos*, qui *d. cap.* 18. *ſub n.* 3. ſentire videtur, hoc intelligendum reſpectu ejus, qui authoritate publica eruere poterat juxta *L.* 1. *eod.* ibi; *niſi cui utique lege licebit*; quem intelligendi modum (hoc tanti viri dicam pace) facilè eſſet convincere: dicendum potiùs opinor, textum non

Intelligitur L. 4. §. *pen. dig. ad leg. Jul. pecul.*

negare

negare furtum comitti, ſed ſolúmodo decidere furem in crimen peculatûs non incidere, eo quod pecunia condi prohibita religioſa effici non poterat: vide bené, qui hæc explicat, *Gonçalles Telles in d. cap. 9. num. 4. de judæis*. Et hæc ſint ſatis pro toga pulla; & pro ea quam pater in funus filii collocavit: nunc ad togam ſordidam.

336 Sordida toga non atri coloris erat, ut aliqui perperàm putarunt, verùm tamèn ſordidior, & obſóleta, quâ vulgus, & pauperes utebantur. Ad hoc tamén ut maculas, ac ſordes ab iſtis togis eluerent, Romæ erant fulcones, *Plinius lib.* 35. *cap.* 15. & 17. Togam verò ſordidam, & lugubrem pro reo accuſato induere injurioſum erat, nec permittebatur etiam in atrociſſimis, niſi conjunctis, & affinibus *text. in L. veſtem dig. de injur. Bartol. in L. ut vim dig. de juſt. & jur. Raynald. obſervat. tom.* 1. *cap.* 11. *ſupplet.* 2. *pagin.* 562. *Cicero in orat. ad Quirites poſt reditum*, *Silvius* ad ipſum *Tal. in orat. pro Cn. Planco verb. luctus*, ubi tamen ait morem non ſolùm apud propinquos, ſed & amicos fuiſſe cum reo accuſato mutare veſtem, ut ea ratione judicibus miſericordia faciliús moveretur. De prædicta injuria *vide L. Item apud labeonem §. generaliter dig. de injur. Harpprect. §.* 1. *n.* 32. *inſt. de injuriis, Gutierres in prax. criminal. q.* 126. *n.* 4. *Cujac. lib.* 6. *obſervat. c.* 5. *Oſuald. ad Donel. lib.* 15. *cap.* 24. *liter. F.* Toga picta, ait *Roſinus*, *Toga ſordida quid.*

337 veſtis Etruſca fuit purpurei coloris, auro diſ- *De Toga picta.*

tincta,

tincta, à triumphantibus geri ſolita. Hac Imperatores poſterioribus temporibus uſi, & magiſtratus, *Capitol. de Gord.* eamquè accipiebant vel de Capitolio, vel de palatio. Picta vocabatur quòd in ea figuræ ita fingerentur, ut ea ſpecies ad picturæ ſimilitudinem accederet, quod ipſe *Roſinus ex Dioniſio, Macrobio, Plinio* & aliis deducit; multaque de more cumulat *Uvolfang. Lazius lib.* 8. *cõmentar. reipublic. Roman. cap.* 3. *pag.* 702. Dicunt tamen aliqui, quod togam pictam, & prætextam nemo niſi Conſul accipiebat; eamquè ſumptam de Jovis templo accipiebant etiam prætores; de qua re videndus *Lamprid. in Alex.*

Toga Trabea. Similem ac triumphalem dicunt fuiſſe togam *Trabeam* nuncupatam, qua antiquitùs ſolus Conſul utebatur ſecundùm *Lopes ad L.* 18. *tit.* 21. *part.* 2. *verbo ſino ellos*, cujus dignitatis culmen apparet ex notatis per *Peres ad illum tit.* ſed de hac toga videndus *Roſinus lib.* 5. *c.* 34. meliùs tamén *Octavius Ferrarius lib.* 2. *de re veſtiar. c.* 5. & 6. *Ruben. eodem tractatu lib.* 1. *cap.* 5. *Uvolfang. Lazius dict. lib.* 8. *cap.* 5. *Corippus de laudib. Juſtini num.* 3. ſic aiens: 338

Inceſſit lætus præclara in veſte Senatus
Pars trabeis, pars compta togis ut cuique probatus.

Servius ad illud *Virgilii Æneidos* 11.

Munera portantes, eboriſque, aurique talenta
Et ſellam regni, trabeamquè inſignia noſtri.

Cocinnei coloris erat, eamquè induebat Augur

gur

Digitized by Google

gur cum ad arcem ſumpto lituo aſcendebat. Sed hîc ſubſiſtendum parumper; fuit enim trabea genus veſtis, cujus tres erant ſpecies juxta *Sueton. lib. de veſt. generib.* una quod Diis ſacrabatur tantúm de purpura: alia, quæ erat Regum, purpuræ aliquid habens admiſtum: tertia auguralis, ex purpura, & cocco miſta. Erat autem veſtis togata purpura circumducta ſub tegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Trabeæ regalis meminit *Virgil.* 7. *Æneidos*:

Ipſe Quirinali lituo, parvaquè ſedebat
ſuccinctus trabea, lævaquè ancile gerebat
Picus equum domitor,

Ovid. etiam 2. *Faſtor.*

Pulcher, & humano maior trabeaquè decorus
Romulus.

Trabea itaque veſtis Senatoria, vel regia purpura, vel Toga purpurea erat; de quo videndi *Sidonius lib.* 1. *epiſt.* 6. & *Auſon. ingrat. act.* Notandũ hùc illud *Ovid.* 1. *Faſtor.*

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Quùm rudibus populis annua jura daret.

Infunebri pompa utebantur & Equites toga trabea, ſi *Tacito* credimus, qui *lib.* 3. *de funer. Germanic.* ſic ait: *Igitur Tribunorum, Centurionumque humeris cineres portabantur, præcedebãt incompta ſigna, verſi faſces: atque ubi colonias tranſgrederentur, atrata plebs, trabeati Equites, pro opibus loci, veſtem, odores, aliaquè funerum ſolemnia cremabant.* Equites trabeati apud

Tacit.

Tacit.3.ann. quinam eſſent,tradit *Peres ad tit.Cod. de militar. veſte n.* 6.

Toga purpurea, & palmata.

Purpurea toga differebat à picta, quia pura 339
erat : à prætexta,quia hæc erat alba cum limbo purpureo circumducto;purpurea verò limbum non habebat. *Livius lib.* 31. togam ſic diviſiſſe videtur, in purpuream nempe prætextam , & palmatam ; ait enim: *togataque purpurea,& palmata tunica cum eburneo Scipione,& toga prætexta.* Palmata quidèm à palmis pictis appellata eſt; ut ex *Manutio* tenet *Roſinus* ſupra , *Bayſius dict. cap.* 10. ubi adducit *Strabonem*,& *Auſonium*, ac illud *Martialis*:

Palmataque ducem,ſed citò redde togæ.

Alii palmatam dixere tunicam, quam poſteriori ævo Imperatores vel de Capitolio, vel de palatio accipiebant.

Palmata, Picta, latuſque clavus juxta aliquos, idem.

Aſt palmatam, pictam, ac latumclavum fermé 340
idem eſſe inſinuat *Laſarus Bayſius c.* 12. dum verba ea,quæ *Sexti Pompeii* ſunt,adducit: *Tunica laticlavi, ſivè latus clavus antea quidèm dicebatur tunica palmata á latitudine clavorum, quæ nunc á genere picturæ appellatur.* Alia de palmata toga refert *Alexander dier. genial. lib.* 5. *c.* 18. ubi etiàm *Tiraquel lit. V. pag.* 716. & 717.

Toga militaris; & militiæ inſignia.

Militaris toga in antiquiſſima re- 341
publica fuit, quâ tunc primúm in caſtris induebantur milites: florente tamén urbe ſagati erant, & togatis oppoſiti. Sed quia jàm arma togæ cedunt, de militari dicere ſubſiſtimus: videndi tamén *Dempſter in paralipomen. ad Roſinum cap.* 32.

cap. 32. ubi de loco *Claudiani*:

ridetque togatus

Miles

Uvolfang. Lazius commentar. reipublic. Roman. lib. 8. *c.* 3. circa finem *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 22. *Aldus Manutius in diſſert. de toga Romanor. in fin. verſ. relinquitur ea quaeſtio.* De militiæ inſignibus, cingulo ſcilicet, vel baltheo vide mentionem habitam *in L. Titius* 25. *L. quod dicitur* 38. §. 1. *L. pen. dig. de teſtam. milit. L.* 2. §. *ignominia dig. de his, qui notant. infam. L. quicunquè* §. *nullum Cod. de hæretic. L. pen. Cod. de pact. L. fin. Cod. de juriſdict. L.* 2. *Cod. ubi de ratiocin. L. fin. Cod. Theodoſ. de poſtuland. L. eos* 27. §. *fin. dig. ad leg. Cornel. de falſis*: plura referunt *Briſſon. lib.* 2. *ſelect. c.* 7. *Budæus in L. fin. dig. de Senator. Panci- rol. lib.* 1. *var. c.* 12. *Steubechius ad Vegetium lib.* 2. *c.* 3. Qui autem militiam explebant, diſcincti dicebantur *Steubech.* ubi proximè. Toga raſa, inquit *Plinius lib.* 8. *cap.* 48. Divi Auguſti noviſſimis temporibus cæpit. Plures togarum figuras oſtendit *Cæſar Vecellius in tractatu, de gli habiti antichi, & moderni di diverſe parti del mondo;* qui *pagin.* 14. Romanorum Senatorum haud multum diſſimilem togam depingit: & *pag.* 83. 103. 104. & *pag.* 106. 56. & 159. togas Venetiis ſolitas pariliter oſtendit. Et *pag.* 339. agit de figura togæ, quâ apud Germanos utuntur magiſtratus: & *pag.* 410. & 412. agit utique de Toga Turcarum; ſicut & *pag.* 475. de Toga Sinenſium. Et *c.* 12. *pag.* 10. laté agit de toga trabea,

Inſignia militaria.

Toga raſa.

Remiſſivè de variis togæ figuris; & de Trabea.

Dd de qua

de qua plura diximus *n.* 338.

Senator Romanus in legatione miſſus togatus nè incederet apud exteros?

Utrum verò civis Romanus orator, ſeu le- 342
gatus ſi ad exteros miſſus eſſet, incedere oporteret cum toga, aut latoclavo promiſimus ſuprà aperire. Certé tamén togam dimittere eis non permittebatur, niſi cum è ſcæna venirent: eamque proindé geſtare ubiqué tenebantur, *Lexicon Calvini verbo toga*: quòd confirmatur exemplo inſignium Pontificiæ dignitatis juxta

Toga ubique geſtāda.

ea, quæ *Caſtro allegat.* 7. fere per totam, *Pegas de cō-* 343
petēt. 1. *p.* c 44. *n.* 35. *Zabarella in c. L. antiqua de privilegiis, Gratian. diſcept.* 467. *á n.* 64. *Pignatel. tom.* 2. *conſ.* 1. *Barboſa de jur. eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 131. *& ſequent. Julius Caponius tom.* 5. *diſcept.* 390. cum multis *Amigant dec.* 64. *á n.* 8. Togâ quapropter utebantur in præfecturis, in coloniis, & municipiis, *Manutius de toga Romanor.* eaqué uti tenebantur ex *Tito Livio Tiraquel. ad Alexandrum ab Alexandro dier. genial. lib.* 5. *c.* 18. *lit. R. pag.* 716. & ex *Suetonio Lazius lib.* 8. *commentar. reipublic. Roman. cap.* 3. *pag.* 701. *in fin.* & hoc etiàm extra Imperium; quod ex eo liquet, quòd cum Mithridates juſſiſſet
in Aſia omnes Romanos occidi, multis ut 344
mortem effugerent depoſitio togæ neceſſaria fuit, poſt *Ciceronem pro Rabir.* & alios *Petrus Gregor. de republic. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 16. Nequé indé exteris inferebatur injuria; toga enim, & latuſclavus ad elegantiam veſtitûs pertinens ſigna tantúm erant dignitatis, *Althuſius in politic. c.* 7. *n.* 42. *Plinius lib.* 6. *epiſtol.* 32. *ad Quintilian. Hubertus Loyens*

de curia Brabantiæ c. 23. *Borrellus de magiſtr. edictis lib.*
1. *c.* 4. *n.* 32. *in fin.* ibi: *Toga veſtis, ſella & ſimilia non*
dignitates erant, ſed dignitatum inſignia, quibus homines
345. *ad officiorum amplitudinem, ad honoris ſui decus illuſtran-*
dum, atquè ornandū excitabantur. Oportebat enim,
ut qui in excelſo poſiti erāt univerſum popu-
lum judicaturi, Deiqué vices agentes, dignū
ordinis cultum aſſumerent, *Althuſius ubi ſuprà*
Michael Rouſel. hiſtor. juriſdict. pontificia lib. 8. *cap. ult.*
Caſtro alleg. 7. *n.* 73. *Xamar. de offic. judic. p.* 2. *q.* 1. *n.*
59. *ubi inducit text. in c. in audientia de ſententia excom-*
municat. Unde Venetiis ſolitum legatos, &
oratores togatos ad Sultanum mitti, refert *Cæ-*
ſar Vicellius de habitu priſco, & recent. pag. 85.

Toga dignitatis inſigne.

346 Cum ergò, prout dicebamus, toga dignitatis
inſigne eſſet, quocumque togatus incedat, in-
ſigne illud induere meritò valebit, ad ea quæ
Bovadill. lib. 3. *c.* 1. *n.* 31. *in fin. Menochius conſ.* 552.
n. 10. *Amigant dec.* 64. *n.* 11. & *à n.* 6. ubi optimè,
& interminis: juvat *Fontanel. de pact. tom.* 1. *clauſ.*
3. *gloſ.* 1. *ſub n.* 9. imò hoc laudabilitèr aget ex
authentica, ut judices §. *eos autèm, collatione* 2. ubi Im-
perator ſic ait: *Quis enim non diligat eum; & honeſta-*
te compleri magna putet, ſi noſtro decreto, judicioque tui
culminis ad cingulum veniat, teſtimonium quidèm habens,
quia ſit optimus. Caſſiodor. lib. 6. *var. in formul. Patri-*
ciat. cingulum fidele, quod neſcit antè deſereret, quam de
mundo homines contingat exire, ait. Indè apud nos
Senatores exteri togati incedunt.

Toga non eſt inſigne juriſdictionis, ſed dignitatis, & culminis.

347 Pro quo juvat illa communis, diſputata ta-

mèn ſæpè doctrina; nempè, quòd nobilis, & illuſtris in uno regno, ejuſdem nobilitatis prærogativis gaudet in alio, etiàm ſub alieno Principe, ut contra *Lanar. conſ.* 80. tenent *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 50. & 57. *Creſpo obſerv.* 117. *n.* 32. *Amigant tom.* 2. *deciſ.* 64. *n.* 12. *Otalora de nobilit.* 2. *p. c.* 5. *ſub n.* 30. *Senator Macedo deciſ.* 116. qui tamén rectè *à n.* 13. hæc ad Magnates reſtringens, limitat in honore cooperiendi caput, & 348

An nobiles unius regni in alio gaudeāt eiſdem prærogativis, & honoribus.

quoad ſedem in regio ſacello: & *num.* 14. quid valdé notabile inter Philippum Quartum, & Ducem de Richemont retulit. Idem utiquè obſervatum vidimus cùm Dominus Imperator tanquam Rex Hiſpaniæ apud nos hoſpitaretur: ipſo nanqué, & Sereniſſimo felicis recordationis Petro 2. conſedentibus in regio tunc ſacello [nunc autém, magnâ noſtri Auguſtiſſimi Regis pietate, ſummâ & commemorabili religione ad inſigne, celebrequè tēplum Canonicorum illuſtriſſimo collegio, evecto] cum cæteris, moris ut eſt, regni magnatibus, ſedes, Hiſpaniæ magnati, & trierarcho eam roganti denegata eſt meritò.

Verùm tamén eſt, quod noſtris Magnatibus 349 ipſum Dominū Carolum comitantibus conceſſum fuit in regno Valentiæ, quód coràm illo Principe caput poſſent tegere. Quem quidèm honorem adhuc non impetratum primus arripuerat Excellentiſſimus Marchio de Niza tunc Comes de Vidigueira; eumqué

ſecutus

ſecutus Excellentiſſimus Comes de Prado. Conſtat autem controverſam litem fuiſſe tẽpore, quo injuſté ſub tyrannide noſtrum premabatur regnum, inter Comitem de Villa Nova *D. Gregorium de Caſtello Branco*, & Comitem de Salinas, àn magnates caſtellani omni-
350 bus prærogativis uterentur, poſſentque uti, cùm ad hoc regnum accederent; in qua lite pro affirmativa aliqui depoſuere teſtes, inter quos Franciſcus Lucena, qui à ſecretis Regis fuit, ſed gloriæ Luſitanicæ infeſtus.

351 Toga itaquè, ut dicebamus, inſigne dignitatis cúm eſſet, ubiquè geſtari poteſt; quod aliud eſſet ſi inſigne juriſdictionis fuiſſet; inſignitus enim vallo, ſeu virga, extra locum juriſdictionis eo modo incedere non poteſt, *Caſtro allegat. 7. n. 78. Caſſanaus in Catalog. gloria mundi*, & alii relati *á Caſtro ubi proximè*, *Fontanel de pactis clauſ. 4. gloſ. 10. p. 2. n. 95. Ramires de Leg regia* §. 24. *n.* 9 *Maſtrill. de magiſtratib. lib. 5. c. 8. á n. 106. Bovadill. in politic. lib. 3. c. 2. n. 11. & 12.* cũ multis *Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 5. n. 3. Theodorus Hoping. de jur. inſignium c. 2. n. 71. Epiſcopus Oſorius lib. 1. de nobilitate civili verſ. igitur mores, latè Salſed. in theatro honoris gloſ.* 29. ubi omnia circa delationem virgæ pertractat, eamquè nequè legatis ſubmittendam aſſerit; refert & ibidé, ſibi quòd acciderit cùm prætoris urbis munus ageret apud Phillipum
352 Quartum, hujus regis dùm aſſecla, vel ductor eſſet, quã tamén rem non retulit *Leonardus Caſtill.*

Inſigne juriſdictionis deferri non poteſt extra locũ deſignatum, ſeu extra territorium.

Virga neque oratoribus ſub mittenda.

Caſtill. in hiſtor. illiùs itineris. Nihilominus tamén, videri meo, legati Romani togam apud exteros ſi deponerent laudabilius facerent, ut ipſis 353
exteris eorum cultum aſſumentes morem gererent; juvat *Xamarus de officio judicis 2. p. q. 1. n. 59.* quòd & hodiè ità obſervatum videmus. Nec ideó priſtina amittitur dignitas. Undè convincitur *Portugal de donationib. regiis lib. 2. c. 35. á n.* 24. uſque ad *n.* 32. dum conſtantèr affirmat, Senatorem miſſum ad legationem ſalarium Senatoris non poſſe percipere; quód quidèm verum non eſt: Senatoria nanque dignitas non 354
amittitur per legationem, imó ea finita ad priſtinum munus Senatores redeunt: ſicut & virga Moyſis, quæ ſimbolum dignitatis erat *Hoping. de jur. inſign. c. 2. n. 71. Caſtill. de veſtib. Aaronis verſ. 30 illat. 206. ſub n. 66.* geſto ſerpentis officio, ad id quod erat reverſa fuit *Exod. cap.* 4. Neque enim legatio aliud eſt, quàm rem pro tempore tractare juxta illud *Fabii declaratione* 2. Durum & ſanè eſſet tenui ſalario privari abſentem reipublicæ cauſa, & apud exteros rem adeo ſublimem gerentem, cui, ut mittentis ſplendor, & magnitudo oſtédatur, ampliora ſtipendia perſolvenda oportet *L. legatus* 10. *§. ſi quis dig. de legation. L. 2. Cod. eodem lib.* 10. *Martinus Laudenſ. in tract. de legat. Princip. q.* 29. cum aliis juribus *Zachias de ſallario q. 52. á n. 2.* qui numeris ſequentibus noſtram tuetur ſententiam. Nequè legationis cauſâ quis debet jacturam vel minimam pati

Oratores, ac legatos morem eorum ad quos mittuntur gerere in cultu laudis eſt.

Senator ad legationem miſſus priſtinã dignitatem non amittit, neque Senatoris emolumẽta.

Federic.

Federic. de Marſalaer de legato lib. 2. c. 15. Franciſcus Maria Cirin. in nexu rerum eccleſiaſt. juriſdict. c. 5. n. 1. verſ. damna: legationis veró munus, ad officia, de quibus ordinatio noſtra loquitur dùm duplex ſalarium prohibet, nullo modo pertinere, dicendum eſt.

355 Utrúm Principe invito queat Senator munus, & togam demittere videamus: & poſſe videbatur dicendum, eo quòd cuilibet licitum ſit omnia jura ſibi competentia renunciare *L. ſi quis inconſcribendo Cod. de pact.* cum multis *Portugal de donat. 1. p. lib. 2. cap. 13. n. 103. Fermoſin. in cap. ſi diligenti de foro compet. Gonçalles Telles in c. 1. n. 6. de renunciat.* adeo ut Papæ Summum Pontificatum liberè renũciare liceat *c. 1. de renunciat. in 6.* cum *Solorſan. Portugal* ubi ſuprà *n.* 104 *Barboſ. de jur. eccleſ. lib. 1. c. 2. n. 114. Fermoſin. in cap. lecta q. 4. á n. 11. de renunciat. Paſſerin. in d. c. 1. de renunc. in 6. á num 28.* quanvis hoc olim controverſum fuiſſet. Verum tamen eſt, hæc quidem non vigere inofficiis publicis; quæ enim publicam cúm contineant cauſam, privato arbitrio ſine Principe nec dari, nec cedi poſſunt *L. 3. §. idem & ſi, L. Paulus 47. dig. de bon. libert. L. meminiſſe 10 dig de offic. Proconſ.* unde legatus Cæſaris, Præſidis vè provinciæ abdicare ſe Magiſtratu prohibetur *in L. pen. dig. de offic. Præſid. Gonçalles in dict. c. 1. n. 9. Portugal d. cap. 13. ex n. 105.* qui hoc ad obligationem ex contractu refert. Similiter Epiſcopus neque infirmitatis, neque ſenectutis cauſa Epiſcopatui

copatui renunciare poteſt abſque Pontificis Maximi licentia *d. cap.* 1. *de renunc.* ubi plenè *Gonçalles.* Pariliter etiam non licet militi ſtationem propria authoritate deſerere, *L.* 3. §. *qui ſtationi, L. non omnes, L. ex cauſa dig. de re militar. L.* 4 *Cod. eod.* facit *L.* 2. §. & *cũ placuiſſet dig. de origin. jur.* Notandum obiter eſt, quód olim Romani cives Togam diebus ſaturnalibus deponebant, & ſumebant ſyntheſim, *Martial. lib.* 6. *epigr.* 24. & *lib.* 14. *epig.* 1. vel prætextam, ad ea quæ diximus *n.* 294 de quo eruditiſſimé *P. Joannes Bollanus in actis ſanctor. tom.* 1. *in proœm.* primæ diei Menſ. Januar. agens de feſtis ethnicorum, quæ Kalendis Januariis muliebribus, & ferinis veſtibus, atque indumentis celebrari ſolebant: quod perquàm celebre Romanis erat, ut conſtat ex *Ovid.* 1. *faſtor. Sueton. in Aug. c.* 26. & 57. *Plinio lib.* 8. *hiſtor. cap.* 2. *Roa lib.* 4 *ſing. cap.* 11. *Petr. Gregor. lib.* 2. *ſyntagm. cap.* 46. *n.* 28. *Del rio lib.* 3. *diſquiſ. magic.* 2. *p. q* 4. *ſect.* 5. *Div. Aug. in ſermon. de Kalend. Januar.* & *epiſtol* 64 *S. Petr. Chriſolog. ſermon.* 155. à quibus originem trahere Bachanalia aliqui ſuſpicantur.

Toga aliquãdo deponebatur.

Togato non minus illata dicitur injuria, demiſſâ togâ.

Sed quia de non demittenda toga locuti 356 fuimus, oblivi ſcendum non eſt; quid juris ſit, cùm quis togato dixerit: ſi togæ, qua induis non deferrem, alitèr res dirimenda foret; togatuſque reſpondeat: quid mihi cum toga? Illi non deferas: eaquè depoſita, ad rixam prodeant. In quâ re *Marius Giurba obſervat.* 8. *á n.* 7. meritò ait puniendum acritèr qui prædicto

modo

modo togatum læſerit, cùm neque togam deponere, nequè auctoritatem propriæ dignitatis minuere poſſit, quam potiùs ingenio ſuo augere oportebat ex *L. obſervandum dig. de offic. Præſidis.* Tu verò lector [verbis *Aurelii lib. 9. epiſtol.* 30. utor] benignam mentem literis meis modò applica, & qui togæ amicus, vel inimicus eſt, honeſto ordini notā detrahe, & homini rogatûs ignoſce. Et Tu (ut cum *Aurel. Prudent.* in Hymno *D. Laurentii* diſcurſum abſolvam.)

O Chriſte numen unicum,
Qui ſceptra Romæ in vertice
Rerum locaſti, ſanciens
Mundum Quirinali Togæ
Servire, & armis cedere;
Sis meta noſtris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ET LAUS OMNIPOTENTI DEO SIT,

A' quo omne procedit, & ſine quo nihil eſt rectum, validum nihil.

Ad pagin. 214. *n.* 354. *adde Pegas in addition. ad Ord.libr.*1. *tit.*1. §.24. *n.* 72. *pagin.* 14. & 15.

Digitized by Google

ELENCHUS

Loca magis præcipua indicans.

A

ACcurtius hoſpes in lingua Latina dictus pag.61.
Actio de ſepulchro violato aliquandò popularis competit adverſus hæredem, pag.204.
Actio de in rem verſo, & de peculio adjectiones ſunt, pag. 204.
Adam ante peccatum nudus; poſt peccatum pellitus, pag. 1. & 2.
Ademptio partis legati an proſit hæredi, pag. 24. & 25.
Alimentorum appellatione veſtes continentur, pag. 13.195. & 196.
Ambitus in aſſequendis honoribus punibilis, pag.183. & 184.
Amphitapa, pag. 38. & 39.
Ancillæ aliquandò toga utebantur, p.46.
Annus tyrocinnii, pag.148.
Antiquitatum notitia utilis, pag.21.
Aſylum à Romulo conditum, pag.129.

B

BEcca unde dicta, pag.192.
Bombycina, pag. 30.
Bona captivorum, & obſidum ad quem pertineant, pag.61. & pag. 60.
Bulla aurea, pag. 149.

C

CAtoniana, *vide regula.*
Captivi bona, *vide bona.*
Captus ab hoſtibus non poteſt teſtari; ſed poteſt inſtitui hæres, pag.55.57.& 58.
Capitalis ſententia, *vide ſententia.*
Cardinales quo colore incedant, p. 48.
Candida toga, pag. 102.
Candidatus quiſnam dicebatur, *ibidem.*
Celeſtinus Pontificatui renuncians, pag. 49.
Celeres unde dicti, pag. 130.
Chlamys veſtis, pag. 39.114. & 115.
Civitatis jus per togam donatus, pag.54. & 60.
Civibus in ſepeliendis ritus, pag. 199.
Civium Romanorum diſtinctio, p.128.
Cingula Senatorum inſignia, pag.189.
Cinctus togæ, pag. 117.
Color togæ, pag. 120. & 125.
Colobium, pag. 35.187. & 188.
Contrahens tenetur ſcire conditionem illius, cum quo contrahit, pag.41.
Conditio ſepeliendi pretioſa, & in mare projiciendi non debet impleri, pag. 26. & ſeqq. & pag. 198. & ſeq.
Conditio ut carmina prælo tradantur ſit nè implenda, pag.29. & 30.
Cultus per gradus dignitatis diſtinguntur, pag.6. 171. & 172.
Curatores quo tempore rationes reddere teneantur, pag. 103.

D

DAmnatus ad mortem togam, & civitatem amittit, pag.86.
Damnatus ad beſtias ſervus fit pœnæ, pag.93. & ſeq.
Dalmatica, pag. 188.
Decuriati unde dicti, pag.141.
Decurio an qui inter reos eſt, poſſit eligi, pag.104.
Impeditus an ad tempus lapſum reſtituatur, pag.106.
An per relegationem deſinat eſſe, pag. 103.
Deportationis pœna ſubrogata in locū interdictionis aquæ, & ignis, pag. 48.
Deportatus togam, & togæ jus amittebat, pag.86. & 87.

Non capit hæreditatem matris, pag. 90.
Nec habet patriam poteſtatem, *ibidem.*
Donatio prohibita inter conjuges, pag. 183.
Deus omnia induit, pag. 1.

E

EXpenſæ pro Doctoratu, & Collegii ingreſſu factæ non conferuntur, pag. 185.
Epiſcopatui an renunciare queat Epiſcopus, pag. 215. & ſeq.
Ætas procuratoris, pag. 161.
Ætas in Senatore, pag. 166.

F

FÆmina non debet veſte virili incedere, pag. 31. & ſeq.
Fæminæ quomodo toga utebantur, pag. 45. & 46.
Filius fam. togam induebat, p. 65. & 196.
Civitatis jus habet, pag. 66.
Non poteſt teſtari, & de ratione, pag. 66. & 69.
Poteſt publica munera ſubire, pag. 67.
Apud quas gentes poſſit teſtari, pag. 75.
Teſtari poteſt de adquiſitis per togatam militiam, pag. 78,
Fibulæ, pag. 118. & ſeq.
Funeris impenſæ ſint ne veſtes lugubres pag. 201.

G

GAllia exteros reddit inteſtabiles, pag. 77.
Græcorum veſtis pallium, pag. 4. & 35.

H

HEliogabalus nequiſſimus, & Senatûs contemptor, pag. 181.
Hiſpania optimis abundans lanis, p. 125.
Homo nudus creatus, pag. 1.
Primus cur pellibus indutus pag. 2.
Homicidium proditorium ex pag. 155.
Hæres non privandus relicto ob exceſſum circà ſepulchrum, pag. 21.
Inſtitui non poteſt non exiſtens, pag. 58.
Ob ſepulchrum violatum non fit indignus, pag. 204.

I

IMpoſſibile de jure pro non ſcripto eſt, pag. 24.
Imperatores Togati, *vide Togati.*
Innocentia per pomum deperdita, p. 1.
Ineptæ voluntates non obſervandæ, pagin. 21. 27. & ſeqq.
Inſignia Collegiorum toga dicta, p. 185.
Interdictus aqua, & igni civitatem amittit etiam in urbe manens, pag. 83.
Interdictio aquæ, & ignis an abolita, pagin. 84.
Jus Civile Papyrianum, pag. 131.
Jus dicere ad quem attineret, pag. 132.
Judicia quandò cognita, pag. 133.
Judicandi poteſtas penes quos fuiſſet, pag. 141.

L

LAcinia, pag. 123.
Latus clavus, & ipſius dignitas, pag. 170. & 173. & ſeqq. 177. & 181.
Latus clavus filiis ſenatorum donatus, pag. 179.
Fæminis denegatus, pag. 181.
An ſemper induendus, pag. 186.
Legatus Principem repræſentat, p. 111.
Veſte eleganti incedere debet, pag. 111.
Sui Principis mandata exequi debet, p. 109.
Legatorum immunitas ex jure Divino, & gentium. pag. 109. 110. & 111.
Legatos prudentes eſſe oportet, p. 109.
Miſſus ad Romanos an toga uteretur, p. 107. & ſeq. & an à Romanis miſſus, pag. 210.
Leges tyrannidis tempore latæ obſervandæ, pag. 191.
Leges cujus loci inſpiciendæ ad teſtatoris capacitatem, pag. 75. & ſeq.
Leges non exigunt ſcripturam, pag. 73.
Leges à legislatore obſervandæ, pag. 11.
Legum multitudo exulanda, pag. 10.

Leges veſtiariæ, pag. 7. & ſeqq.
L. Medico §. Mulier dig. de aur. & argent. legat. pag. 22. 28. & 198.
L. filius 15. dig. de condit. inſt. pag. 24. & 25.
L. 24. §. fin. dig. de adimend. legat. pag. 25. & 26.
L. 14. §. fin. eod. *ibidem.*
L. Veſtis 25. dig. de aur. legat. ex p. 30.
L. Si ignorans dig. locati pag. 40. & 41.
L. non eſt 12. dig. de bonor. poſſeſ. pagin. 59.
L. Sed ſi accepto dig. de jur. fiſc. ex p. 53.
L. Divus Comodus eod. pag. 61. & 62.
L. Lex naturæ 24. de ſtat. hom. pag. 81.
L. Servorum 5. §. fin. cod. pag. 82.
L. Si ſerva 39. dig. de jur. dot. pag. 82.
L. Cognitionum 5. §. fin. dig. de var. & extr. cognit. pag. 85.
L. non facile 4. §. fin. dig. de var. & extraord. cognit. *ibidem.*
L. 1. §. qui operas ad S. Orphit. pag. 89. & ſeqq.
L. 1. §. beſtias de poſtulando, pag. 95.
L. 3. de his, qui notantur infam. *ibidem.*
L. mater 10. §. 1. ad L. Jul. de adulter. *ibidem.*
L. tutelas 7. de Cap. minut. pag. 97.
L. Papinianus de minorib. pag. 98.
L. 39. & 40. ex quibus cauſ. maior. p. 98.
L. Si quis tutor 15. de tutel. *ibidem.*
L. 32. §. tutores dig. deſolut. pag. 98.
L. 14. §. 3. cod. pag. 100.
L. 32. §. fin. dig. de admin. tutor. pag. 101. & 103.
L. 7. §. Si tutor dig. tutel. & rat. p. 102.
L. 2. dig. de decurion. pag. 104. & ſeq.
L. 1. §. pueritiam dig. de poſtuland. pag. 154. & pag. 160.
L. Servis 81. dig. de leg. 3. pag. 161.
L. 3. de liber. exhibend. p. 165.
L. nuper. 53. dig. de donat. inter, p. 183.
L. Titia 13. de in officioſ. teſtam. p. 90.
L. 19. dig. de in rem verſo, p. 194. & ex pag. 199.
L. 14. §. impenſa dig. de religioſ. p. 198. & pag. 200.
L. funeris 37. & L. fin. eod. p. 202.
L. 3. §. adverſus de ſepulchro violat. *ibidem.*
L. 4. §. pen. ad L. Jul. pecul, *ibidem*, & pag. 203. & 204.
L. pen. Cod. in quib. cauſ. tutor. p. 99.
L. ſi Rufinus Cod. de teſtam. milit. p. 180.
Lingua peregrina loqui ſæpe prohibitum, p. 50. & 51.
Linguarum ſtudia utilia *ibidem.*
Lunati calcei, pag. 180.

M

Martini electio propter veſtem impugnata, p. 6.
Milites prædia conducere nequeunt, pag. 40.
Mores Romani ſunt juſcivile, p. 73.
Magiſtratibus debitus honos, p. 170.
Militaris toga, pag. 208.
Militaria inſignia, p. 208. & 209.

N

Natus ex peregrino, & Cive Romana togatus non incedebat, p. 79.
Nobiles unius regni nobiles an ſint in alio regno, p. 212.
Nuditas horroroſa ex peccato, p. 4.
Nuditas intrinſecè non mala, p. 13.
Nudus ſepeliri nemo debet. p. 200.

O

Obſides toga utebantur, p. 54.
Servi an eſſent, p. 54. & ſeq.
Et an teſtari poſſent, *ibidem.*
Dominium an haberent, p. 60.
Publica munera non ſubeunt, p. 67.
Obſes filius familias an ex toga teſtari poſſet ex pag. 69.
Operas locans ad debellandum cum beſtiis, p. 49. & ſeqq.
Orcheſtra, pag. 108.
Ordin. Libr. 5. tit. 34. pag. 31.

Ord. lib. 5. tit. 136. ex pag. 155.

P

PAlmata toga, pag. 208.
Pallium veſtis Græcorum, p. 4. & 36.
Pallium veſtis Philoſophorum, p. 36.
Palliolum, & palliolati, pag. 35.
Palliati togatos non præcedunt, p. 51.
Pallium habere civibus ignominioſum erat, pag. 52.
Patria poteſtas an ſolum civium Romanorum ſit, p. 70. & ſeq.
Pater tenetur filium funerare, p. 195.
Partus illegitimus ſequitur matrem, p. 81.
Pœnitentialia indumenta, p. 2.
Pellibus Senatus, & ſacra operta, p. 3.
Pellibus plures induti, p. 2. & 3.
Peregrinus factione teſtamenti caret, p. 64. & 68.
Peregrinus toga non utebatur, p. 78.
Peregrinis ſegregatim jus reddebatur, pag. 79.
Penulla, p. 122. & 124.
Pecuniæ nec condi, nec à ſepulchris erui poſſunt, p. 203.
Picta toga, pag. 208.
Pyramides apud Ægiptios, p. 17.
Princeps ornatiori cultu incedat, p. 12. & 111.
Principes Togati, *vide Togati.*
Princeps in Senatu, p. 145.
Prætexati, pag. 150.
Prætexatæ, p. 149. & ſeq.
Prætexata Toga, *vide Toga.*
Prætexata toga quibus conceſſa, p. 169. & ſeq.
Poſt liminium ad quæ ex pag. 56.
Pontifex pontificatui poſſit renũciare, nec nè, p. 215.
Pueritia ex pag. 153.
Pueri aliquando puberes, p. 162. & ſeq.
Pubes delinquens qua pœna puniatur, p. 155.

R

REgula Catoniana an pertineat ad inſtitutiones, p. 56.
Relegatus omnia civilia retinebat, p. 87.
Statuis honorebatur, p. 88.
Toga carebat, p. 106.
Ad hereditatem matris veniebat, p. 89. & ſeq.
Tutor an deſiiſſet eſſe, p. 97. & ſeq.
An poſſit eſſe decurio, p. 103. & ſeq.
Reſcripta contra jus non ſemper, p. 185. & 186.
Renuncians Pontificatum, & Epiſcopatum, p. 49.
Ritus in ſumenda toga, p. 168. & 185.
Romani politiæ magiſtri, p. 5. n. 7.
Romani ad elegantiam retulere veſtitum, pag. 5. & 6.
Romani togati, pag. 35.
Romani in expeditione ad teſtandum ſumebant togam, p. 47. & 48.

S

SAgum veſtis militaris, p. 39. & ſeq.
Senatus noſter ad inſtar Romani, p. 140.
Senatorum dignitas, p. 142. & ſeq.
Senatoribus ignominioſæ nuptiæ interdictæ, p. 144.
Senatus Principem repræſentat, p. 145.
Senatores togati apud nos plures illuſtriſſimi, p. 146. & ſeq.
Senatoria veſtis ex pag. 170.
Senatores quandò à Senatu moveri debeant, & moti reſtitui, p. 177. & ſeq.
Senatoribus relicta fuit toga, p. 182.
Senatorum veſtes diverſimodæ, p. 189. cum ſeq.
Senatus Indicus, & Braſilenſis, p. 140.
Senatûs Luſitani origo, p. 191.
Senatus bis à Romulo lectus, p. 137.
Senator an maneat ad legationem miſſus, p. 214.
Senatus ſupplicationis, p. 139.
Senatorum numerus, p. 129. & ex p. 137.
Senatorum electio, p. 133.
Senatus in locis ſacris. p. 135.
Sententia capitalis, quæ exiſtimationem lædit, p. 91.
Servus eſt inteſtabilis, p. 55.
Servus per pileum, p. 172.

Sepul-

Sepulchrorum modus,& ſuperbia,p.17. ſeq.
Sepultura Eccleſiaſtica, & vilis an profit, p. 20.
Sordida toga, *vide* toga fordida.
Supari, pagin. 37.
Stragula, p. 37. & 38.

T

Taciti locus expoſitus, p.65.
Tempus ſumendæ togæ, p. 151. & ſeqq.
Teſtandi facultas à jure gentium, p.74.
Textrinæ neceſſariæ, p. 11. & ſeq.
Toga à tegendo, p. 42.
Togæ origo, p. 43.
Togæ deſcriptio, *ibidem.*
Toga communis, p. 44.
Toga virilis, *ibidem*, & p.45.
Toga fœminarum, p. 45.
Toga propria Romanorum, p. 47.50. & 53.
Togæ dignitas, p.47. 50. & 52.
Toga pacis inſigne, p. 47. 107. & 108. & 43.
Toga triumphalis, p. 47.
Togæ conceſſio jus civitatis præſtat, p. 53.
Toga obſides teſtabiles reddit, p.53. & ſeqq.
Togatæ coloniæ, p.63.
Toga peregrinis interdicta ex p. 78.
Toga carebat interdictus igni, & aqua, p. 83. & 85.
Toga relegatus an uteretur, *vide relegatus.*
Toga legati, *vide legatus.*
Toga veſtis regia, p.111. 145. & 151.
Togæ figura, & materia,p.112. & ſeq.
Togæ menſura, p.115.
Togæ color, p.120.
Toga apud Hiſpanos, p.125.
Togæ diviſio, p.148.
Toga undulata, *ibidem.*
Toga virilis, p. 151. & ſeq.
Toga prætextæ uſus uſque ad pubertatem, p. 148.
Toga libera, p. 151.
Togæ virilis ſumendæ tempus, p. 152. & ſeqq. & p.163.
Toga Luſitanica, p.171.187.190.& 192.
Toga forenſis, p. 182.
Toga militaris, p. 208.
Toga ſine Principis venia demitti nequit, p. 215.
Toga neque in rixa demitti debet, pag. 216.
Toga demittebatur diebus Saturnalibus, *ibidem.*
Toga candida, p. 192. & ſeq.
Toga raſa, p. 209.
Toga equeſtris ordinis, p. 122.
Toga Quiritibus veſtitior, p. 43.
Toga pura, p. 193.
Toga pullata, p. 193.
Toga ſordida, p. 205.
Togam tragicam induere aliquādo dementiæ ſignum, p. 194.
Toga picta, p.205. & ſeq.
Toga trabea, p.206. & 207.
Toga palmata, p.208.
Tutor tutorem habenti non datur, p. 99.
Tribuni poteſtas, & dignitas, p.134.
Tunica, p.32. & ſeq.

V

Veneti bona exterorum ſi apud eos decedant occupant, p.77.
Veſtes aliquæ in ſepulchrum impedendæ, p. 200.
Veſtes lugubres an funeris ſint impenſæ, p. 201.
Veſtes diſtingui pro gradibus honorum debent, p. 6. 7. 12. 13. & 14.
Veſtes ex pellibus, p. 3.
Veſtimentum neceſſarium ex corrupta natura, p. 4.
Veſtis appellatione pelles continentur,
Veſtes propriæ apud aliquas gentes, p. 4. & 5.
Veſtis ad neceſſitatē, & ad elegantiam, p. 5. & 6.
Veſtiariæ leges, *vide leges.*
Veſtium abuſus incomoda, p. 8. & ſeqq. & 15.

Ve-

Veſtis appellatione victus continetur, p. 13.
Veſtibus pretioſis nemo ſepeliri debet, p. 15. & ſeq. p. 21. & ſeq. & p. 198.
Veſtes viriles à mulierribus diſtinguntur, p. 31.
Veſtes peregrinæ exulandæ, p. 110.
Vir muliebri veſte incedere non debet, p. 31.
Umbo quid eſt, p. 119.
Voluntas inepta, *vide ineptæ volũtates.*
Voluntas ex actu nullo colligitur, p. 16.

X

Xiſti 5. reſponſum pagin. 48.

PRINCIPALIORA MENDA, QUÆ PARTIM amanuenſis, partim typographi incuriâ obrepſerunt ita corrige.

PAgin. 2. linea 16. Prophera lege Propheta. Pag. 3. lin. 6. Ulipianus, lege Ulpianus. Pag. 4. lin. 22. exigere, lege exegêre: & lin. 7. cummulat, lege cumulat. Pag. 5. lin. 10. 236. lege 23. 6. Pag. 7. lin. 9. cummulans, lege cumulans: & lin. 25. à Juſtian. lege à Juſtinian. Pag. 8. lin. 1. conciderarit, lege conſideravit: & linea 11. inquirit, lege inquit. Pag. 12. lin. 27. n. 197. lege n. 200. Pag. 14. lin. 14. ſciat, lege ſcias. Pag. 16. lin. 19. interpetratum, lege interpretatum: & lin. 29. Plutonio, lege Plutonis. Pag. 18. lin. 1. tantumdem, lege tantûndem: & lin. 19. gloria, lege gloriæ; concid. lege conſider. Pag. 21. lin. 20. Sepulchum lege Sepulchrum. Pag. 25. lin. 28. conciderat, lege conſiderat. Pag. 26. lin. 9. quamvis, lege quanvis: & lin. 10. 317. lege 321. Pag. 29. poſt n. 331. lege poſt n. 334. Pag. 30. lin. 27. triunphaſſet, lege triumphaſſet. Pag. 33. lin. 14. cummulans, lege cumulans. Pag. 35. lin. 3. collobium, lege colobium: & lin. 5. collobiis, lege colobiis: & lin. 9. interpetratur, lege interpretatur. Pag. 36. lin. 22. ſuppeτos, lege ſupparos; & lin. 23. ſuppera, lege ſuppura, vel ſuppara. Pap. 37. lin. 4. ſuparos, lege ſupparos; & lin. 6. ſvparum, lege ſupparum, vel ſuppurum: quamvis, lege quanvis. Pag. 38. lin. 24. ſimilem, lege ſimile. Pag. 39. lin. 12. Tulius, lege Tullius. Pag. 42. lin. 16. 147. lege 150. Pag. 43. lin. 25. cummulat, lege cumulat. Pag. 47. lin. 4. n. 87. & 97. lege 90. & 100. Pag. 49. lin. 23. quamvis, lege quanvis. Pag. 50. lin. 12. vulla lege ulla: & lin. 28. & 29. præcepſum, lege præceptum. Pag. 55. lin. 28. noſtræ cancellæ, lege noſtri cancelli. Pag. 58. lin. 15. L. ſi et, lege L. ſi eo. Pag. 59. lin. 21. ſolumodo, lege ſolummodo: & ſic corrige ſimiliter. Pag. 61. lin. 13. cummulans, lege cumulans. Pag. 69. lin. 2. perigrini, lege peregrini: teſtadum, lege teſtandum. Pag. 70. lin. 12. quo, lege quod. Pag. 72. lin. 9. conciderat, lege conſiderat. Pag. 74. lin. 11. cummulat, lege cumulat. Pag. 77. lin. 21. perigrinus, lege peregrinus: & lin. 27. perigrinantes, lege peregrinantes. Pag. 78. lin. 5. quamvis, lege quanvis. Pag. 79. lin. 17. perigrino, lege peregrino: & lin. 19. perigrinorum, lege peregrinorum: & lin. 23. perigrini, lege peregrini. Pag. 86. lin. 23. perigrinus, lege peregrinus: & lin. 25. perigrinitatem, lege peregrinitatem. Pag. 88. lin. 9. cummulans, lege cumulans. Pag. 92. lin. 4. conciderata, lege conſiderata. Pag. 97. lin. 30. conciderat, lege conſiderat. Pag. 103. lin. 7. namque, lege nanque: & ita ſimiliter corrige. Pag. 137. lin. 20. ellegiſſe, lege eligiſſe. Pag. 144. lin. 24. corum, lege cotum. Pag. 160. lin. 10. inumeris, lege innumeris: & lin. 14. dec. n. lege decil. 35. n. Pag. 172. lin. 18. pulchior, lege pulchrior. Pag. 177. lin. 29. ab, lege ob. Pag. 191. lin. 9. toga, lege togæ. Pag. 197. lin. 29. ſepeliri, lege ſepelire. Pag. 203. lin. 28. permitente, lege permittente. Pag. 210. lin. 5. dimittere, lege demittere: & lin. 11. C. L. lege Clem.

HAG 021675

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google